Ha. 31. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-840049-p0002-3

IOANNIS STOBAEI

ECLOGARVM PHYSICARVM

ET

ETHICARVM

LIBRI DVO.

AD CODD. MSS. FIDEM
SVPPLETI ET CASTIGATI
ANNOTATIONE ET VERSIONE LATINA INSTRVCTI

AB

ARN. HERM. LVDOV. HEEREN,
PHIL. PROF. IN ACAD. GEORG. AVG. REG. SOC. SCIENT. SODAL.

PARS ALTERA
ETHICA, ET APPARATVM CRITICVM CONTINENS.

GOTTINGAE
apud VANDENHOEK et RVPRECHT
MDCCCI.

UNIVERS
ZY HALLE

IOANNIS STOBAEI

ECLOGARVM PHYSICARVM

ET

ETHICARVM

LIBRI DVO.

AD CODD. MSS. FIDEM
SVPPLETI ET CASTIGATI
ANNOTATIONE ET VERSIONE LATINA INSTRVCTI

AB

ARN. HERM. LVDOV. HEEREN,
PHIL. PROF. IN ACAD. GEORG. AVG. REG. SOC. SCIENT. SODALI.

PARTIS SECVNDAE TOMVS PRIOR.
ECLOGAS ETHICAS ET SCHOLIA CONTINENS.

GOTTINGAE
apud VANDENHOEK et RVPRECHT
MDCCCI.

PRAEFATIO.

Alterum prioris partis Stobaei mei volumen, Eclogarum physicarum partem posteriorem complectens, cum ante hos septem annos publicarem, Eclogarum Ethicarum librum brevi illud subsecuturum esse, promittere non dubitabam. Attamen intervenere plura, quae ut paulo tardius, quam et lectoribus exspectatum et mihi propositum esset, nomen solvam, in causa fuere. Nunquam quidem interea Stobaei mei memoria ita ex animo excidit,

ut stadii, quod semel ingressus eram, conficiendi consilium abiecissem, verum cum alia interim studia, ad historiam maxime antiquitatis spectantia, non exiguam otii mei partem occuparent, ad Stobaeum prius redire nolui, quam mihi concessum viderem, ut telam inceptam non modo resumere, sed plane quoque absolvere possem. Prodit itaque hic partis secundae primum simul volumen et alterum, quibus non ea modo exhibentur omnia, quae in praefatione voluminis primi a me fuere promissa; sed egregia quoque accedit symbola critica, quam amici benevolentiae mecum debent lectores.

Continetur autem priori partis huius secundae tomo primum omnium liber Eclogarum Ioannis Stobaei secundus, *Ethica* complectens, de cuius argumento et consilio in commentatione de fontibus Ioannis

nis Stobaei copiosius disputavi. Argumentum vero eius cum iam per se sit gravissimum, multo magis adhuc ratione, quam in eo tractando secutus est scriptor, lectoribus sese commendabit. Non enim in eo sibi acquiescendum putavit, ut loca egregia summorum et poëtarum et scriptorum in eo congereret, verum in capite septimo, quo longe maior pars libri, (quantum quidem in nostris codicibus ex eo supereſt,) impletur, accuratiorem omnis doctrinae Ethicae, tum secundum Academicorum, tum secundum Stoicorum et Peripateticorum maxime placita, adumbrationem, ipsa eorum systemata exponendo, proposuit; quae sive ab ipso Stobaeo confecta, sive ex alio scriptore desumta fuerit, ad gravissima historiae philosophicae inter Graecos monumenta mihi pertinere videtur. Hausta enim

sunt, quae in ea continentur, omnia, ex iis fontibus, ad quos iam temporum iniuria aditus nobis est interceptus, id est ex ipsis summorum philosophorum, qui inter principes scholarum referebantur, Zenonis, Chrysippi, Philonis Academici, Theophrasti et aliorum scriptis; proposita autem sunt ordine adeo luculento et systematico, ut hic demum universae doctrinae Ethicae secundum scholarum illarum decreta conspectum nobis exhibitum esse iure gloriemur. Quare quidquid de nostra in hoc libro edendo opera iudicent lectores, ipsum tamen Stobaeum facile iis sua gravitate sese commendaturum esse, confidimus.

Quod autem ad curas criticas attinet, ad contextum, ut vocant, instruendum a nobis adhibitas, earumque ratione, in praefatione voluminis primi abunde de iis dispu-

disputatum est. Eclogae Physicae, quam corrupte in Canteri editione exhibitae essent, satis constat ex nostra editione; ad Ethicas vero quod attinet, tantum abest, ut meliori forte usae fuerint, ut pluribus potius mendis quam illae scateant. Vix enim, non dico paginam, sed lineam inveneris, quae librariorum socordiam non experta fuerit. Negligentissimi vero fuerunt maxime partim in exhibendis vocum terminationibus, partim in voculis monosyllabis et particulis, quibus nexus sermonis efficitur, inprimis ubi ob praecedens forte homoioteleuton ab iis aberraret oculus. Quare, ad sensum, in permultis locis prorsus sublatum, restituendum, in his inprimis erroribus indagandis operam mihi collocandam duxi, quod genus critices, in tali scriptore, etsi minus forte splendidum, tamen puto utilissimum et

maxime neceſſarium; ac ſi praeter lectiones, quas codices ſuppeditarunt, noſtris emendationibus aliquid pretii conceſſerint lectores, in his illud quaerendum eſſe quodammodo ſpero. Haud raro enim incident in loca prorſus turbata, in quibus levi admodum mutatione, unica vocula inſerta, quae quomodo exciderit plerumque per ſe patet, ſenſus reſtituitur. Vulnera tamen praeterea graviora paſſim Stobaeo inflicta eſſe, ſaepius quam vellem expertus ſum, in quibus curandis, qua fortuna verſatus fuerim, aequis harum rerum arbitris diiudicandum relinquo. Subiuncta autem ſunt ipſis Eclogis *Scholia* codici Farneſiano ad marginem adſcripta, de quibus ſupra in codicis deſcriptione diſputavi *).

Alte-

*) Vol. I, p. XXXVII.

Alterum denique partis huius *volumen* explent primo *lectiones variantes* omnes ex quatuor codd. Vaticano, Auguſtano, Eſcurialenſi et Pariſienſi, de quibus ſuo loco egi *), cum Canteri editione collatis, omiſſis tamen ſupplementis quae continent, quippe quae in ipſo iam contextu ſuis quaeque locis a me inſerta ſunt. Subiuncta eſt hisce *commentatio de Fontibus Eclogarum Ioannis Stobaei*, in qua et de auctore et conſilio Eclogarum egi, et recenſum ſcriptorum in iis laudatorum exhibui. Excipit autem hanc viri clariſſimi *Friderici Iacobs*, Profeſſoris Gothani celeberrimi, in Stobaei Eclogas *epiſtola* ad me data *critica;* qua quantum ornamenti acceſſerit editioni noſtrae et ſpondet nomen auctoris, et res ipſa docet. Subiuncti autem denique ſunt *Indices*, quibus lecto-

*) In comment. de codd. mnſcpts. Stob. Vol. I.

lectorum commodis subvenire potui, omnis generis, ut quidquid quaeras facili iam opera investigaveris. Quibus omnibus, si lectorum exspectationi ac desideriis satisfecerim, in sinu gaudebo; si vero sint, in quibus lapsum me esse videant, humanae illud imbecillitati condonaturos esse confido. Scriptum *Goettingae* d. 7 Iunii 1801.

IOAN-

IOANNIS STOBAEI

ECLOGARVM ETHICARVM

LIBER SECVNDVS.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΩΒΑΙΟΥ ΕΚΛΟΓΩΝ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΗΘΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ *).

Cap. I.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΑ ΘΕΙΑ ΕΡΜΗΝΕΥΟΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΩΣ ΕΙΗ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΑΚΑΤΑΛΗΠΤΟΣ Η ΤΩΝ ΝΟΗΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΟΥΣΙΑΝ ΑΛΗΘΕΙΑ.

1. *Ariſtarchi.*

Καὶ ταῦτ' ἴσον μὲν εὖ λέγειν, ἴσον δὲ μή· Ἴσον δ' ἐρευνᾶν, ἐξ ἴσου δὲ μὴ εἰδέναι.

Πλεῖον

*) Inſcriptio libri legitur in codd. V. A. E. Ἰωάννου Στωβαίου ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν βιβλίον δεύτερον. Librariorum tamen lubidini eam deberi, oſtendi ſupra in inſcriptione libri primi, *Vol.* I, p. 2. adeoque eam ſic refingere non dubitavi, ut et res ipſa, et inſcriptio libri primi, cui omnino reſpondere debet, poſtulat. Nam cum Stob. primo libro primam philoſophiae partem ex communi antiquitatis diviſione, *Phyſicam* nempe, abſolviſſet; alterum hunc librum duabus reliquis partibus, *Dialecticae* et *Ethicae* deſtinavit; ita tamen, ut de Dialectica pauca tantum ſcriptorum loca, non ipſam diſciplinam illuſtrantia, ſed iudicia tantum de ea continentia, ſex primis capitibus colligeret; reliqua omnia relinque-

ret

IOANNIS STOBAEI

ECLOGARVM DIALECTICARVM ET ETHICARVM

LIBER SECVNDVS.

Cap. I.

De rerum divinarum interpretibus, et homines veram rerum mente capiendarum naturam intelligere non posse.

1. *Aristarchi.*

Atque haec perinde est sive recte sive non
Dicas; requiras sive, sive nescias.

Nam-

ret Ethicae, de qua copiose agere propositum sibi habuit.

Ad Cap. I.

*) Inscriptio capitis manca est tum ap. Cant. tum in codd. ubi: περὶ τῶν τὰ θεῖα ἑρμηνευόντων, καὶ ὡς εἴη ἀνθρώποις ἡ τῶν νοητῶν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλήθεια Plenam eam servavit *Photius* in capitum Io. Stob. recensu, post ἀνθρώποις supplens ἀκατάληπτος, quo sensus restituitur; *homines* nempe *res mente tantum concipiendas*,

Πλεῖον γὰρ οὐδὲν οἱ σοφοὶ τῶν μὴ σοφῶν
Εἰς ταῦτα γιγνώσκουσιν. Εἰ δ' ἄλλου λέγει
Ἄμεινον ἄλλος, τῷ λέγειν ὑπερφέρει.

2. *Euripidis.*

Τί δῆτα θώκοις ἀρχικοῖς ἐνημένοι
Σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων;

Οἱ

---

i. e. divina et sensibus non subiecta, *imperfecte tantum cognoscere posse.* Sunt itaque οἱ τὰ θεῖα ἑρμηνεύοντες tum philosophi, qui Deorum naturam, tum vates, qui eorum consilia aliis pandere sibi sumebant. Sed praeterea meminisse oportet, tum scriptoris nostri aetate, tum iam longe ante eum, communem obtinuisse opinionem, sub poëtarum, Homeri maxime, effatis, altiorem sensum latere, eaque *allegorice* esse explicanda. Quare sub iis, qui divina explicabant, comprehenduntur poëtarum quoque interpretes, inprimis vero illi, qui hanc exponendi methodum sequebantur; quam Stobaeus noster, quantum ex iudiciis aliorum, quae de ea collegit, concludere licet, non quidem plane reiecisse, neque tamen temere admisisse videtur. More vero suo praemittit loca poëtarum, quae reliqua postea excipiunt.

ad fr. 1. Codd. V. A. E. in marg. Ἀριστάρχου ἐκ Ταντάλου. Desumti itaque sunt versus ex *Tantalo*, *Aristarchi*, Tegeatae, Euripidis aequalis, (de quo cf. *Fabric. in catal. Tragic.* Vol. I.) fabula tragica. v. 1. ταῦτ' recepi ex codd. V. A. pro τ' ἄν ap. Cant. Sunt nempe ταῦτα sine dubio τὰ θεῖα, *quae ad naturam deorum pertinent*, in quae inquirere frustra esse, ac adeo quomodo de iis statuas ad idem redire, dicitur. V. 5. τῷ λέγειν nempe μόνῳ, *dicendo tantum*, *non*, *veritatem assequendo.*

ad fr. 2. Codd. V. A. E. in marg. Εὐριπίδου Φιλοκτήτῃ, ex *Euripidis Philoctete*, ex quo plura fragmenta supersunt, cf. *Ed. Lipsi.* II. p. 464. inprimis vero *Valkenaar.* in *Diatribe*, p. 114 &c. qui orationem *Dionis Chrysosto-*

Namque imperitis haud periti pluſculum
Intelligunt haec. Sin quis alio rectius
Dicat alius quo, dictione vicerit.

2. *Euripidis.*

Quid vos, ſedentes principum ſedilibus,
Iactatis omnes noſſe res coeleſtium?

Rumo-

ſoſtomi Op. II. p. 266 &c. Euripidis hanc fabulam cum Sophoclis et Aeſchyli, qua idem argumentum tractarunt, comparantis, cenſurae criticae ſubiecit. Noſtrum locum volunt ex prologo deſumtum; eſſe nempe Ulyſſis verba ad Chorum, ex Lemniis conſtantem, teſte *Dione* l. c. Verum etſi Ulyſſis verba eſſe ad chorum concedam, tamen ex prologo fabulae deſumta eſſe, dubitaverim. Neque enim quidquam continent, quod prologi argumento, prout illud a Dione expoſitum habemus, conveniat; nec explicari quidem poſſunt, niſi canticum chori, in quo rerum eventum, ſolito tragicis more, divinando aſſequi ſtuduiſſet, praeceſſiſſe dixeris. V. 1. Ed. Cant. τί δῆ τὰ θώκοις ἀργικοῖς καθ. in quibus δῆτα pro δῆ τὰ legendum eſſe, per ſe patet. Maior difficultas eſt in voce ἀργικοῖς, quod ſive cum Cant. vertas *Argivis*, (ſic enim Ἀργεῖοις dicendum fuiſſet, cf. *Steph. de urb.* h. v.) ſive cum *Grotio*, *otioſis* (pro ἄργοις dicto), Graecum non eſſe, recte pronuntiat *Valkenaar.* reſcribens ideo ἀρχικοῖς, quod recepi; chorum enim ex viris principibus Lemniorum conſtitiſſe, putandum eſt. Alia eſt coniectura Muſgravii, μαντικοῖς emendantis; cui quamvis praeſidium ex ſequentibus parari poſſit, longius tamen a vulgatis recedit; nec chorus, tametſi vel maxime quis futurus ſit rerum exitus in cantu ſuo divinari tentaverit, tamen niſi ex vatibus, proprie ſic dictis, conſtiterit, quomodo θώκοις μαντικοῖς inſidere dici a poëta potuerit, video. — Caeterum Grotius male interpungit, ſigno interrogationis poſt tertium verſum reiecto, cum poſt ſecundum ſtare debeat.

Οἱ τῶνδε χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων.
Ὅς τις γὰρ αὐχεῖ θεῶν ἐπίσασθαι πέρι,
Οὐδέν τι μᾶλλον οἶδεν, ἢ πείθει λέγων.

3. *Anaxandridis.*

Ἅπαντες ἐσμὲν πρὸς τὰ θεῖ' ἀβέλτεροι,
Κ' οὐκ ἴσμεν οὐδέν.

4. *Sophoclis.*

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
Μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.

5. *Philemonis.*

Θεὸν νόμιζε, καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή,
Πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τοῦ ζητεῖν ἔχεις.

Εἶτ'

---

beat. Tertius enim versus continet responsum: *Non divinae sed humanae originis esse effata, de quibus loquitur.* Correxi hoc et in contextu, et in versione Grotii, quam in reliquis recepi.

ad fr. 3. Codd. V. A. in marg. Ἀλεξανδρίδης κανηφόρῳ. Pro Ἀλεξανδρίδης recte iam Cant. rescripsit Ἀναξανδρίδης, solennem vero esse hanc nominum permutationem observavit iam *Fabric.* I, p. 740. Fuit vero Anaxandrides mediae comoediae poëta, cuius fabulas recensuit *Fabric.* l. c. Desideratur tamen ibi fabula Κανηφόροι hic laudata; pro κανηφόρῳ enim rescribendum duco μανηφόρεις, fortitam enim esse fabulam inde nomen puto, quod chorus ex canephoris constiterit. v. 1. Male Cant. τὰ θεῖα βέλτεροι. Lectionem sinceram τὰ θεῖ' ἀβέλτεροι, *ineptiae ad divina cognoscenda*, quam iam habet Grot.

con-

Rumoris huius homines audaces fabri.
Divina qui se scire profitetur, nihil
Scit ille plus, quam credulis persvaserit.

3. *Anaxandridis.*

Divina circum caudices cuncti sumus,
Nihilque scimus.

4. *Sophoclis.*

Divina numquam, quae recondunt coelites,
Disces, tametsi cuncta vestigaveris.

5. *Philetae.*

Deum puta et venerare, sed non quaerito;
Nam quaestionis nullus est fructus tibi.

Sit

---

confirmant codd. V. A. v. 2. *κ' οὐκ* edidi cum Grot. pro *καὶ οὐκ* ap. Cant.

ad fr. 4. Codd V. A. E. in marg. *Σοφοκλέους*, fabulae nomine non addito, quare apud *Brunk.* quoque inter *λείψανα* ex incertis fabulis relatum est, No. VI.

ad fr. 5. Codd. V. A. E. in marg. *Φιλήτα*, vitio ut puto librariorum. Reddendos enim hos versus esse *Philemoni* Comico, ac pro *Φιλήτα* legendum esse *Φιλήμονος* certum puto, cum Philetae nomen inter tragicos et comicos, (ex uno alterove enim desumtos esse versus facile appareret,) inauditum sit. Inter Philemonis quoque fragmenta retulit iam *Clericus* p. 340. Fabula autem ex qua petitum sit, non indicatur. v. 2. Pro *τοῦ Cler.* rescripsit *ἥ*. v. 5. Seiunxit h. v. a prioribus Grotius, ac incerto eum auctori tribuit; Clericus quoque plane omisit. Sed in codd. cum ceteris eidem auctori tribuitur, nec de senten-

Εἴτ' ἐστιν εἴτ' οὐκ ἔστι μὴ βούλου μαθεῖν·
Ὡς ὄντα τοῦτον καὶ παρόντ' ἀεὶ σέβου,
Τί δ' ἐστὶν ὁ θεὸς, οὐ θέλει σε μανθάνειν.

6. *Menandri.*

Δυσπαρακολούθητόν τι πρᾶγμ' ἐστιν τύχη.

7. *Hesiodi.*

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.

8. *Pindari.*

Τί δ' ἔλπεαι σοφίαν εἶναι
Ἀ ὀλίγον ἀνὴρ
Ὑπὲρ ἀνδρὸς ἰσχύει;
Οὐ γάρ ἐσθ' ὅπως
Τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνᾶσαι
Βροτέᾳ φρενί.

9. *Io-*

---

tiarum nexu dubium erit, modo post *τί* suppleas mecum *δὲ*, quod excidisse videtur.

ad fr. 6. Codd. V. A. E. in marg. Μενάνδρου ὑποβολιμαίῳ, ex *Menandri Supposititio.* — "*Cum παρακολουθεῖν* sit *intelligere* et *adsequi*, *δυσπαρακολούθητον* est „*quod aegre intelligitur.*" *Cleric.* p. 184.

ad fr. 7. Codd. V. A. E. in marg. Ἡσιόδου. Sunt verba *Hesiodi* Εργ. 42. — *Βίον*, quod deest in Cant. supplent codd. V. A. E.

ad fr. 8. Codd. V. A. E. in marg. Πινδάρου παιάνων. Desumtum itaque est ex *Pindari Paeanibus*, et quod mireris sine mendo fere servatum videtur. Sententia est: *parum omnino valere humanam sapientiam ad scrutanda deorum*

Sit sive non sit ille, noli discere.
Tanquam sit ille, et usque praesentem cole;
At quid Deus sit, non sinit te discere.

6. *Menandri.*

Fortuna res est, nemo quam quit assequi.

7. *Hesiodi.*

Vitam caelestes mortalibus absconderunt.

8. *Pindari.*

Quantillum sapientia est
Alter qua modicum dissidet alteri?
Mortalis vigor ingeni
Quae sit mens superum non valet assequi.

9. *Io-*

---

rum consilia. v. 1. ἔλπεαι, ut saepe ap. Pind. pro οἴει. *Quid putas? quid credis?* v. 6. Φρενὶ, quod iam correxerat Grot. bene codd. V. A. E. pro Φρονεῖ ap. Cant. Fragmentum, ut in Stob. legitur, deest in fragmentorum Pindari collectione et Schneideri et Heynii; proxime tamen ad illud accedit, ut fere pro eodem habere possis, alius locus quem *Clemens Al. Strom.* V. p. 726 nobis servavit, et qui in *collectione Heyniana* exstat p. 130 a V. Cl. *Hermanno* sic in ordinem redactus:

Τί ἔλπεται σοφίας
Ὀλίγον τι ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἔχειν;
Τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνᾶσαι βροτέᾳ Φρενὶ
Δύσκολον, θνατᾶς δ' ἀπὸ ματρὸς ἔφυ.

Quare vel Clemens ex memoria, ut saepe, poëtae verba citans ea inflexit et quodammodo circumscripsit; sive Pin-

9. *Iophontis.*

Ἐπίσαμαι δὲ καὶ τάδ', οὖσά περ γυνὴ,
Ὡς μᾶλλον ἔστις εἰδέναι τὰ τῶν θεῶν
Ζητεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἥσσον εἴσεται.

10. *Simonidis.*

Ῥεῖα θεοὶ κλέπτουσιν ἀνθρώπων νόον.

11. *Demonactis.*

Δημώνακτ ἐξεταζόντων τινῶν, εἰ ὁ κόσμος ἔμψυχος, καὶ αὖθις εἰ σφαιροειδής; Ὑμεῖς, ἔφη, περὶ μὲν τοῦ κόσμου πολυπραγμονεῖτε, περὶ δὲ τῆς ἑαυτῶν ἀκοσμίας οὐ φροντίζετε;

12. *De-*

---

dārus eandem sententiam duobus locis eodem fere modo expressit.

ad fr. 9. Codd. V. A. E. in marg. Ἐκ Ἰοφῶντος Βακχῶν, quam Iophontis, quem Sophoclis filium esse tradit, fabulam cum aliis laudat quoque *Suidas* v. Ἰοφῶν. cf. *Fabric.* I, p. 682. Male tamen Suidas ab ea distinguere videtur fabulam *Pentheus* inscriptam, a qua vix diversa esse potuit, et quae librarii forte errori originem debet. Nam pro Βάκχαι, Πένθευς, legendum duco in Suida: Βάκχαι ἢ Πένθευς, omissione enim του H post I nihil frequentius. v. 3. Insolitum videri potest conjungi μᾶλλον ἧσσον. Sed μᾶλλον aliis saepe comparativis iungi, notatum iam est Lexicographis, cf. *Steph.* quare et hic nihil mutandum censeo.

ad fr. 10. Codd. V. A. E. in marg. Σιμωνίδου.

ad fr. 11. Apud Cant. fragmentum hoc ἀδέσποτον relictum est, sed in cod. E. margini Δημώνακτος nomen ad-

9. *Iophontis.*

Hoc quoque, tametsi mulierem, me non latet,
Quanto magis quis scire divinas velit
Res, cogiturum protinus tanto minus.

10. *Simonidis.*

Diis facile mentem fallere mortalium.

11. *Demonactis.*

Demonax, quaerentibus quibusdam, an animatus esset mundus, et an rotundus? Vos, inquit, de mundo quidem multum inquiritis, vestram autem immunditiem non curatis?

12. *De-*

---

adscriptum est; quod adeo ante ἐξαταζόντων inserui. Est vero hic Demonax, Cynicus, Luciani ille aequalis et familiaris, cuius vitam descripsit, *Op. V. p.* 232 &c. verique simul philosophi imaginem in eo delineavit. Multa eius lepide dicta servavit Lucianus, ad quae pertinet quoque quod hic commemoratur, etsi a Luciano praetermissum. Collecta ea forte sunt ab aliis scriptoribus; ex quo tamen nostrum sit desumtum, non indicatur. Verum duo alia Demonactis dicta servavit Stob. in *Florileg.* cap. περὶ τοῦ γνῶτι σαυτόν p. 176. et περὶ ὑπεροψίας p. 187. ubi in altero annotatur ex *Aristonymi libellis*, ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων, desumtum esse; de quo cf. *commentat. de font. Eclog. Stob.* Ex eodem itaque fonte haec quoque, forte et nonnulla alia philosophorum dicta a Stob. servata, profluxisse, vix dubitaveris. — ὑμεῖς codd. V. A. E. recte pro ἡμεῖς ap. Cant. — ἑαυτῶν edidi pro ἀυτῶν ap. Cant. Vestigia verae lectionis servavit V. ubi σαυτῶν.

12. *Democriti.*

Μὴ πάντα ἐπίστασθαι προθύμεο, μὴ πάντων ἀμαθὴς γένῃ.

13. *Plutarchi.*

Ἀνθρώπων δὲ ψυχαῖς ἐνταυθοῖ μὲν ὑπὸ σωμάτων καὶ παθῶν περιεχομέναις, οὐκ ἔστι μετουσία τοῦ θεοῦ· πλὴν ὅσον ὀνείρατος ἀμαυροῦ θιγεῖν νοήσει διὰ φιλοσοφίας.

14. *Platonis.*

Χαλεπὸν, ὦ δαιμόνιε, μὴ παραδείγμασι χρώμενον, ἱκανῶς ἐνδείξασθαί τι τῶν μειζόνων. Κινδυνεύει γὰρ ἡμῶν ἕκαστος, οἷον ὄναρ, εἰδὼς ἕκαστα, πάντ' αὖ πάλιν ὥσπερ ὕπαρ ἀγνοεῖν.

15. *Eiusdem.*

Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.

16. *Iamblichi.*

Πόσῳ δὴ οὖν βέλτιον Ἡράκλειτος παίδων ἀθύρματα ἐνόμισεν εἶναι τὰ ἀνθρώπινα δοξάσματα;

17. *Di-*

---

ad fr. 12. In codd. V. A. iunguntur haec prioribus, margini tamen adscriptum Δημοκρίτου.

ad fr. 13. Codd. V. A. E. in marg. Πλουτάρχου περὶ Ἴσιδος. Sunt verba Plutarchi *de Iside et Osir.* Op. II, p. 382. Ἀνθρώπων pro ἀνθρωπ cum Plutarchi ed. recte exhibet V. — τοῦ ante θεοῦ supplevi ex Plutarch.

ad

12. *Democriti.*

Noli omnia discere, ne ignores omnia.

13. *Plutarchi.*

Hominum autem animae, quamdiu hic a corporibus et affectionibus continentur, nihil habent cum Deo consortii; nisi quatenus philosophiae adiumento, veluti per somnium, intelligentia eum attingant.

14. *Platonis.*

Arduum est, o beate, absque exemplis res magnas lucide ostendere. Videtur enim unusquisque nostrum tanquam per somnium nosse omnia, revera autem rursus omnia ignorare.

15. *Eiusdem.*

Opificem quidem et patrem huius mundi invenire difficile; et cum iam inveneris, indicare in vulgus, nefas.

16. *Iamblichi.*

Quanto rectius Heraclitus puerorum ludibria esse dixit humanas opiniones?

17. *Di-*

---

ad fr. 14. Sunt verba *Platonis* ex *Politico Op.* II, p. 277. Pro ἕκαστα in ed. Plat. exstat ἅπαντα, melius ut puto, cum ἕκαστος modo praecesserit.

ad fr. 15. Leguntur ap. *Plat.* in *Timaeo*, *Op.* III, p. 28. οὖν bene codd. V. A. F. pro εὑρανὸν, et mox πάντας pro πάντα.

ad

17. *Didymi.*

Ξενοφάνους πρώτου a) λόγος ἦλθεν εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἄξιος γραφῆς, ἅμα παιδιᾶ τάς γε τῶν ἄλλων τόλμας ἐπιπλήττοντος, καὶ τὴν αὐτοῦ παρισάντος ἐυλάβειαν, ὡς ἄρα θεὸς μὲν οἶδε τὴν ἀλήθειαν,

δοκὸς b) δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

Ἡ

---

ad fr. 16. Codd. V. A. E. in marg. Ἰαμβλίχου ἐκ τῶν περὶ ψυχῆς, ex *Iamblichi libro de anima*, de quo cf. *Commentat. de fontib. Eclog. Ioh. Stob.* — ἀθύρματα, quae alias παίγνια, *commenta et opiniones hominum non minus vanas esse ut puerorum lusus.*

ad fr. 17. Quae hic sequuntur prorsus turbata sunt ap. Cant. Nec vitia tantum in verbis haerent, sed male quoque ex uno loco duo facta sunt, diversis praeterea auctoribus tributa. Primus a Ξενοφάνους usque ad τέτυκται in ed. quidem ἀδέσποτος relictus est; sed in codd. V. A. E. in marg. annotatur Ξενοφάνους. Quae post τέτυκται sequuntur, ἡ μὲν Φιλοσοφία usque ad πολυπραγμονεῖν novam ibi paragraphum constituunt, et in marg. ut in codd. adscribitur Διδύμου περὶ αἱρέσεως. Sed dubium prorsus esse nequit, omnem hunc locum ex Didymi libro descriptum esse. Verba enim Ἡ μὲν γὰρ Φιλοσοφία &c. arcte cohaerent cum praecedentibus, quorum illustrationem continent; praeterea prima verba ipsius Xenophanis esse non posse, per se patet, cum de Xenophane in iis sermo sit. Ortus est nempe error inde, quod librarii, cum locus a Xenophanis nomine inciperet, illud quoque margini appingendum esse autumarent, et Didymi nomen, cui hic suus erat locus, ad sequentia reiicerent. Quod ad scriptorem ipsum attinet, Didymum hunc Pythagoricum esse Neronis aequalem, qui de sectarum philosophicarum differentiis plura scripserat, non male coniicit

17. *Didymi.*

Xenophanis primum in Graecos manavit sermo, relatu dignus, ut aliorum falsе increpantis audaciam, ita suam aperientis prudentiam, Deum quidem veritatem scire, hominibus

cunctis at opinio in his est.

Nam

---

iicit *Fabric.* I, p. 500. et II, p. 355. cf. *Commentat. de font. Eclog. Stob.* Pro περὶ αἱρέσεως autem non dubito legendum esse περὶ αἱρέσεων, *de sectis.* Plura enim scripta huius tituli, quibus Stoicorum maxime et Academicorum placita inter se conferebantur, olim lecta fuisse, novimus. Sic *Panaetii* librum περὶ αἱρέσεων laudatum invenies apud *Diog. Laert.* II, 87. Quod ad nostrum librum attinet, ante omnia notandum est, dialogica forma, ad Platonis imitationem, fuisse conscriptum, quod ex ipso loco satis constabit; quae cum ap. Cant. prorsus neglecta sit, novae inde turbae necessario excitari debebant.

a) πρώτου codd. V. A. E. recte pro πρῶτος ap. Cant. Xenophanem primum fuisse dicit, qui scriptis suis scepsin de veritatis cognitione, in rebus maxime divinis, inter Graecos introduxerit. *Diog. Laert.* IX, 11. 20. Φησὶ δὲ Σωτίων, πρῶτον αὐτὸν εἰπεῖν ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα, etsi Sotionem in eo errasse putat Diogenes. Assentientem tamen sibi habet Sotion ipsum *Sextum* l. VII, 48.

b) Alludit ad versus *Xenophanis*, quos integros servavit *Sextus*, l. c.

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν, οὐδέ τις ἔσται
Εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε, καὶ ἅσσα λέγω περὶ πάντων.
Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένα εἰπών,
Αὐτὸς δ' ὅμως οὐκ οἶδε. δοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται,

quae ultima tantum verba affert Didymus. πᾶσι ut metrum constaret edidi pro πᾶσιν. — Δοκὸς autem idem est quod alias δόκησις s. δόξα. *Hesych.* Δοκός· σκοπή, προσδοκία, ubi cf. interpret.

Ἡ c) μὲν γὰρ φιλοσοφία θήρα τῆς ἀληθείας ἐστὶ καὶ ὄρεξις καὶ τῶν συγχορευτῶν καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμφωνίας φησίν d). Εἰ δὲ ναύτην εἰ δὲ στρατιώτην e) — — —. Πότερον οὖν ὁ ἄνθρωπος αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ πεποιῆσθαί σοι δοκεῖ, ἢ πρὸς κοινωνίαν f); Πρὸς κοινωνίαν. Ὑπὸ τίνος; Ὑπὸ τῆς φύσεως. Τίνος οὔσης καὶ πῶς; Διοικούσης g) τὰ ὅλα. Καὶ πότερον οὔσης ἢ μή h); Ταῦτα οὐκ ἔτι ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν.

18. *Porphyrii.*

Ἔστι δὲ ἡ τοῦ ποιητοῦ δόξα οὐχ ὡς ἄν τις νομίσειεν ἔυληπτος. Πάντες μὲν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὰ περὶ

---

c) Hic ap. Cant. nova incipit paragraphus, cui in marg. Didymi nomen adscriptum est.

d) *Φησὶ* ad Xenophanem referendum est, qui adeo philosophiam veritatis venationem vocavit, eadem usus imagine, qua post eum saepius *Plato*, v. c. in *Phaedone* Op. I, p. 66 ubi *τὴν ὄντος θήραν* appellat. Sub *συγχορευταῖς*, sociis et comitibus veritatis, virtutes intelligendas esse puto, quippe quae *ἐπιστήμη* vel scientia nituntur.

e) Lacunam hic in contextu indicavit iam Cant. et plura excidisse, quae amplius restitui nequeunt, per se clarum est. — *εἰ δέ ναύτην* probabili coniectura restituit Cant. pro *εἶδεν αὐτήν*.

f) Quae hic sequuntur satis produnt formam dialogicam, quaestionibus et responsis invicem sese excipientibus. Periit tamen forma haec ap. Cant. ubi omnia continuo ordine leguntur, omnisque adeo sensus tollitur. Praeterea excidit ibi primum responsum: *πρὸς κοινωνίαν*, quod necessario sequi debet primam quaestionem: *Πότερον — ἢ πρὸς κοινωνίαν*; Ratio in aprico est; eadem enim verba,

Nam philosophia, inquit, veritatis est indagatio et cupiditas, eiusque sociarum, et earum inter se concordiae. Utrum autem nautam aut militem — — —. Num itaque homo ipse sibi tantum factus esse videtur, an ad communionem? Ad communionem. A quo? A Natura. Qualis autem ea est et quomodo? Ita ut praesit universo. Est vero ea necne? Haec non amplius opus est inquirere.

18. *Porphyrii.*

Neque vero tam intellectu facilis est poëtae opinio, quam quis putaverit. Cum enim omnes antiqui de

---

verba, quae bis scribenda erant, semel tantum scripsit librarius, quod oculus ab iis aberraret. Haec itaque a me suppleta esse, (nam codd. nihil praesidii continent), facile probabunt lectores. In reliquis quaestionum et responsorum ratio, signis tantum interrogandi repositis, clara est.

g) Pro διοικούσης, *administrantis*, codd. V. A. E. διηκούσης, *permeantis*, i. e. *penetrantis; natura nempe omnibus inditum esse, ut societatem cum aliis contrahant.* Utrumque commodum sensum praebet, nec quid praeferendum sit, definire audeo.

h) Si lectio sana est, quaestio foret: *Haec vero natura, num omnino exstitit, necne?* quod quomodo quaeri adhuc potuerit, non satis intelligo, nec ipso responso: *hoc abunde iam ostensum esse*, excusatur. Suspicor ante οὔσης vocem excidisse; v. c. καὶ ταύτης ἀκαταλήπτου οὔσης, ἢ μή, vel simile quid. — ἔστι codd. V. A. E. bene offerunt pro ἐστὶν ap. Cant.

ad fr. 18. Desumtus est hic locus ex *Porphyrii libro de Stygе*, de quo cf. *commentat. de font. Stob.* codd. V. A. E. in marg. Πορφυρίου ἐκ τῶν περὶ Στυγός.

περὶ τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων δι' αἰνιγμάτων a) ἐσήμηναν, Ὁμήρος δὲ καὶ μᾶλλον τὰ περὶ τούτων ἀπέκρυψε, τῷ b) μὴ προηγουμένως περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι, καταχρῆσθαι δὲ c) τοῖς λεγομένοις εἰς παράστασιν ἄλλων. Τῶν οὖν ἀναπτύσσειν ἐπιχειρησάντων τὰ δι' ὑπονοίας d) παρ' αὐτῷ λεγόμενα, ἱκανώτατα δοκῶν ὁ Πυθαγόρειος Κρόνιος e) τοῦτ' ἀπειργάσασθαι, ὅμως ἐν τοῖς πλείστοις ἄλλά τε f) ἐφαρμόζει ταῖς τεθείσαις ὑποθέσεσι τὰ Ὁμήρου μὴ δυνάμενος, οὐ τοῖς παρὰ τοῦ ποιητοῦ g) τὰς δόξας, ταῖς δὲ παρ' αὐτοῦ h) προσάγειν τὸν ποιητὴν φιλοτίμηται.

19. *Xenophontis.*

Δαίμονες οἱ τὰ μέγιστα διαπρασσόμενοι, ἥκιστα ἀνθρώποισιν ἀποφαίνονται. Ὁ γοῦν πάντα σείων

---

a) δι' αἰνιγμάτων bene ſupplent codd. V. A. E. — ἐσήμηναν reſcripſi pro ἐσημαναν.

b) τῷ codd. V. A. E. pro τό.

c) δὲ ſupplent codd V. A.

d) δι' ὑπονοίας codd. V. A. E. pro δὲ ὑπονοιαι.

e) Κρόνιος codd. V. A. E. pro Κρόνειος ap. Cant. Saepius eum laudat Porphyrius, ut *de antro Nymph.* princip. cf. *Fabric* I. p 499.

f) ἄλλα τε codd. V. A. pro ἄλλα σε ap. Cant.

g) Edidit Cant. οὐ παρὰ τοῦ ποιητοῦ, ubi primum clarum eſt excidiſſe τοῖς, et legendum eſſe οὐ τοῖς παρὰ τ. π. quibus ſtatim opponuntur τὰ παρ' αὐτοῦ. Senſus enim eſt: *Cronium in allegoricis ſuis explicationibus non ſuas opiniones Homero, ſed Homerum ſuis opinionibus accommodare.* Praeterea vero nexus ſententiarum deſideratur, qui

de diis et daemonibus aenigmatice sint locuti, tum Homerus haec occultavit maxime, quod non tam diserte de iis loquatur, quam iisdem ad alia declaranda abutatur. Inter eos, quibus ipsius aenigmata enucleare curae fuit, praestantissimus quidem habetur Pythagoreus Cronius; attamen in plurimis aliena annectit hypothesibus suis, cum Homeri nequit; non poëtae dictis suas opiniones, sed suis opinionibus poëtam accommodare studens.

19. *Xenophontis.*

Qui maximas res dii gerunt, rarissime hominibus apparent. Eum sane, qui cuncta movet ac quatit,

---

qui vel sic restitui potest, ut modo ante pro ἐΦαρμόζει legas ἐΦαρμόζων, ut sit ἐΦαρμόζων — πεΦιλοτίμηται, vel ut retento ἐΦαρμόζει postea legas: καὶ οὐ τοῖς vel οὐδὲ τοῖς &c.

h) παρ' αὐτοῦ n. δόξαις, *suis opinionibus*, edidi pro περ' αὐτοῦ. Pro ταῖς quod, si sanum est, pendet a δόξαις, malim tamen τοῖς, ut respondeat priori τοῖς παρὰ τοῦ ποιητοῦ.

ad fr. 19. Codd. V. A. E. in marg. Ξενοφῶντος. Ipsa verba, ut apud Stob. exstant, in Xenophonte frustra quaeres, nisi quod quodammodo ad ea accedant quae *Memorab* l. IV Op. p. 802 leguntur: Ἐννόει δὲ, ὅτι ὁ πᾶσι Φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀΦαιρεῖται. Olim tamen in Xenophonte ea lecta fuisse, dubitari nequit; bis enim ex eo citata sunt a *Clemente Alex.* in *Protrept.* Op. p. 61. et *Stromat.* V. Op. p. 714 ed. Potteri, ubi in not. ostenditur

ων καὶ ἀτρεμίζων ὡς μὲν μέγας τις καὶ δυνατὸς, φανερὸς· a) ὁποῖος δὲ τὴν μορφὴν b), ἀφανής. Οὐ δὲ μὴν ὁ παμφανὴς c) δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐδ' οὗτος αὐτὸν ὡς ἔοικεν ὁρᾶν ἐπιτρέπει, ἀλλ' ἄν τις ἀναιδῶς d) αὐτὸν θεάσηται, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται.

20. *Platonis.*

Τὸν δὲ ἀσφαλῆ δεῖ πάντων μάλιστα περὶ τὰς ὁμοιότητας ποιεῖσθαι τὴν φυλακὴν, ὀλισθηρότατον γὰρ τὸ γένος.

21. *Eiusdem.*

Ἐγὼ δὲ τοῖς διὰ τῶν εἰκότων a) τὰς ἀποδείξεις ποιουμένοις λόγοις ξύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσι b), καὶ ἄν τις αὐτοὺς μὴ φυλάττηται εὖ μάλα ἐξαπατῶσι καὶ ἐν c) γεωμετρίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις ἅπασι.

Cap.

---

quoque alios ſcriptores ita in Xenophonte legiſſe. Deſiderantur tantum ibi primum verba: Δαίμονες — ἀπεφαίνονται, quae Stob. ſolus ſibi vindicat.

a) Φανερὸς ut ſequenti ἀφανὴς reſpondeat, recepi ex Clement. l. c. pro Φανερόν.

b) Pro δὲ τὴν μορφὴν *Clem. in Protrept.* δέ τις μορφὴν, in *Stromat.* vero δ' ἐσὶν μορφήν.

c) Pro παμφανὴς *Clem.* utroque loco παμφαὴς.

d) ἀναιδῶς ex Clem. reſcripſi pro ἀνειδῶς ap. Cant.

ad fr. 20. Platonis haec eſſe notant codd. V. A. E. Ex l. VII *de rep.* deſumta eſſe, vult Cant. in marg. ubi tamen

tit, magnum esse et potentem, clarum; formam autem quam habeat, obscurum. Ne is quidem qui clarissime cernitur Sol, plane videndum se praebet; sed visum, si quis audacius ipsum intueatur, adimit.

20. *Platonis.*

Prudentes autem maxime a similitudinibus sibi cavere debent; quoniam res ea maxime est lubrica.

21. *Eiusdem.*

Ego autem demonstrationes probabili nixas scio esse fallaces, et nisi quis ab iis sibi caverit, fallere tum in geometria tum in reliquis artibus.

Cap.

---

tamen frustra ea quaeris, nec omni adhibita opera in reliquis, quae habemus Platonis, investigare ea mihi licuit.

ad fr. 21. In Cant. verba haec iunguntur prioribus; in codd. tamen V. A. E. rectius ab iis distinguuntur, qui in marg. habent τοῦ αὐτοῦ. Sunt autem verba Socratis in Phaedone, Op. I, p. 92.

a) τῶν εἰκότων edidi ex A. et Plat. pro τοῦ εἰκότων ap. Cant.

b) ἀλαζόσι bene codd. V. A. E. pro ἀλαξοσι. *Timaeus*: ἀλαζὼν, ψευδὴς, ubi cf. Ruhnken.

c) ἐν codd. V. A. E. pro ἐκ. Mox ante ἄλλοις in ed. Plat. additur τοῖς.

Cap. II.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ *).

1. *Platonis.*

Οὐκοῦν ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος rel. usque ad: διάνοιάν γε αὐτὴν ἐν τῷ πρόσθεν που ὡρισάμεθα.

2. *Eiusdem.*

Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἔφην ἐγὼ ὥσπερ θρίγκος rel. usque ad: τέλος τὰ τῶν μαθημάτων.

3. *Eiusdem.*

Τούτων δέ τινων ἐκ τύχης ῥηθέντων δυοῖν εἴδοιν τὴν δύναμιν rel. usque ad: καλῶ δὲ οὖν μέχρι τοῦδε διαλεκτικούς.

4. *Archytae.*

Πάντα μοι δοκέοντι ἁμαρτάνειν οἱ λέγοντες δύο λόγως περὶ παντὸς λέγεσθαι ἐναντίως ἀλλάλοις

Ad Cap. II.

*) Nullum hic nec in Cant. ed. nec in codd. quotquot exstant novi capitis signum. Secutus sum *Phorii* auctoritatem, qui in capitum recensu *caput II de dialectica*, (sensu strictiori), fuisse testatur; in locis enim quae sequuntur de dialectica agitur; quare loca haec ad illud pertinere, (fortasse autem olim plenius lectum fuerit;) nemo dubitabit.

ad fr. 1. Sunt verba *Platonis de Republ.* L. VII, *Op.* II, p. 533.

ad

Cap. II.

De Dialectica.

1. *Platonis.*

Dialectica itaque methodus *rel. usque ad:* cogitationem ipsam supra definivimus.

2. *Eiusdem.*

An ergo videtur tibi velut apex *rel. usque ad:* finis doctrinarum.

3. *Eiusdem.*

His duabus speciebus, in quas modo fortuna incidimus, *rel. usque ad:* voco autem hactenus dialecticos.

4. *Archytae.*

Valde falli mihi videntur, qui de quavis re duas contrarias ferri posse sententias autumant, utrasque veras.

---

ad fr. 2. Leguntur ap. *Plat. ibid.* p. 534.

ad fr. 3. Sunt verba *Plat. in Phaedro*, Op. III, p. 265.

ad fr. 4. Desumtus est hic locus ex *Archytae libro de Ente.* Codd. V. A. E. in marg. Ἀρχύτου περὶ τοῦ ὄντος, dorica, ut reliqua fere Pythagoricorum, dialecto conscriptus; quam adeo, ubi opus esset, tacitus restitui; passim tamen eam quoque servarunt codd.

λοις a) ναμερτέας ἀμφοτέρως. Ἐγὼ δὲ πρᾶτον τοῦτ' ἀδύνατον νομίζω, ἀμφοτέρων πιστῶν ἐόντων, ἐναντίως b) εἶμεν ἀλλάλοις, ὡς τὸ καλὸν τῷ καλῷ, καὶ τὸ λευκὸν τῷ λευκῷ. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτως ἔχει. Ἀλλά ἐντι τὸ καλὸν καὶ αἰσχρὸν ἐναντία, καὶ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ναμερτὲς τῷ ψεύδει φαμὲν, οὐ δὲ ναμερτέας δύο λόγως λέγεσθαι c), ἢ δύο ψευδέας, ἀλλὰ τὸν μὲν ἀληθῆ, τὸν δὲ ψεύσαν. Ὁ γὰρ τὰν ψυχὰν d) ἐπαινῶν τῷ ἀνθρώπω, καὶ τὸ σῶμα μεμφόμενος, οὐχ ὑπὲρ ταυτῶ λέγοι τι εἰ μὴ κἀὶ εἴτι e) περὶ τᾶς γᾶς λέγοι καὶ τῶ οὐρανῶ ταυτόν. Ταῦτα γὰρ δύο ἐντὶ, ἀλλ' οὐχ ἓν ὄνομα. Καὶ f) τί δὲ θέλω καὶ τοῦτο δεῖξαι; Ὁ γὰρ λέγων περὶ Ἀθαναίων, ὡς ἐντι κατὰ λόγον g) ἀνδρὲς ἀγαθοὶ, καὶ ὁ λέγων ὡς ἐντι περὶ χάριτας φαῦλοι, οὐκ ἐναντία λέγοντι. Τὰ γὰρ ἐναντία περὶ ταυτὸ πρᾶγμα h) ἀντικέαται ἀλλάλοις, ταῦτα δὲ δύο ἐντὶ πράγματα.

Cap.

---

a) ἢ, quod male hic inserit Cant. delent codd. V. A.

b) Edidit Cant. ἀντίως, ἐν μὲν ἀλλάλοις τὸ καλὸν &c. Restitui: ἐναντίως εἶμεν ἀλλάλοις, ὡς τὸ καλὸν &c. Sensus, per se clarus, explicatione non indiget.

c) Post λέγεσθαι excidisse arbitor περὶ ταυτοῦ, id enim est quod exemplis quae sequuntur probat, et res ipsa postulat, *non idem de eadem re verum esse posse et falsum.*

d) Le-

veras. At ego primum hoc non fieri posse autumo, ut cum ambo verae sint, sibi sint contrariae, ut pulchrum pulchro, et album albo. Verum non sic se habet; sed adversantur sibi, pulchrum turpi, et album nigro. Sic quoque verum falso adversari dicimus, nec duas veras sententias, sed alteram veram, alteram falsam. Non enim qui animam hominis laudat, corpus vituperat, de eadem re loquitur; nisi etiam, qui de coelo ac terra agat, de eodem agere dicamus. Siquidem duo sunt illa, non unum. Quid autem verbis opus est? Etenim qui Athenienses dixerit doctos, et qui ingratos, nequaquam contraria dixerit. Quae enim contraria sunt, in eadem re sibi adversantur, haec vero duo sunt.

Cap.

---

d) Legitur ap. Cant. Οὐ γὰρ τὰν ψυχὰν — οὐχ ὑπὲρ τὸ λέγοντι, pro quo rescripsi: Ὁ γὰρ τὰν ψυχὰν — οὐχ ὑπὲρ ταυτῶ λέγοι τι, *qui illud dicat, non de eadem re eum loqui.*

e) εἴτι rescripsi pro ἔτι ex codd. V. A. E. qui et recte λέγοι pro λέγει ap. Cant.

f) Male repetitur ap. Cant. καὶ quod delent codd. V. A. E.

g) Habet Cant. ἕν τι κατὰ λόγον, pro quo codd. V. A. E. ἔντι κ. λ. sed legendum ὥς ἔντι κ. λ. quod edidi. *Simul dici posse Athenienses esse prudentes, et ingratos.*

h) περὶ ταυτὸ πρᾶγμα, *in eadem re*, edidi pro περὶ τούτου πράγμα, quod cum Cant. habent codd.

Cap. III.

ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ *).

1. *Platonis.*

Ποίαν οὖν οἴῃ πολιτείαν εἶναι, rel. usque ad: φαύλην τινά γε ἐγὼ ὦ Σώκρατες.

2. *Eiusdem.*

Νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι ὦ Γοργία ἐγγύτατα τὴν ῥητορικὴν rel. usque ad: ἀλλὰ μοῖ δοκεῖ ἱκανῶς ὁρίζεσθαι.

3. *Eiusdem.*

Ἂν γὰρ ἀποθάνῃ εἷς τις πονηρὸς, δύο ἀνέφυσαν ῥήτορες· οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν Ἰόλεως a) ἐν τῇ πόλει, ὅστις ἐπικαύσει τὰς κεφαλὰς τῶν ῥητόρων, κεκολοβῶς, πεύκαις· b) τοιγαροῦν ῥήτωρ ἔσῃ.

4. *In-*

Ad Cap. III.

*) Huius quoque capitis inscriptionem supplevi ex Photio, nam in codd. nullum eius vestigium, etsi loca quae sequuntur ipsa docent, ex capite de Rhetorica ea desumta esse.

ad fr. 1. Sunt verba Platonis ex *Alcib. secundo*, *Op.* II, p. 145.

ad fr. 2. Leguntur ap. *Plat.* in *Gorgia*, *Op.* I, p. 453.

ad fr. 3. Platonis haec quoque volunt esse codd. V. A. E. qui philosophi nomen in marg. habent. Frustra tamen ea in nostro Platone quaeri, annotavit iam Cant. nec mihi reperire ea contigit. Quare ex deperdito philosophi dia-

Cap. III.

De Rhetorica.

1. *Platonis.*

Qualem igitur civitatem eam putas *rel. usque ad:* malam quidem ego o Socrates.

2. *Eiusdem.*

Nunc mihi, quam artem iudicas rhetoricam, o Gorgia, *rel. usque ad*: sed abunde mihi definisse videris.

3. *Eiusdem.*

Si enim unus malus mortuus fuerit, duo alii rhetores nobis exoriuntur. Nullus enim nobis Iolaus in urbe, qui rhetorum capitibus abscissis, vulnera igne comburat. Rhetor itaque fies.

4. *In-*

---

dialogo desumta esse videntur. Invehitur vero Plato, ut passim in libris de republica, in rhetores, genus hominum quod plane deleri nequeat, cum si vel unus obierit, plures novi propullulare soleant.

a) Ἰόλεως codd. V. A. E. recte pro Ἐολέως ap. Cant. Facete ducta est imago ex Iolai fabula, Hercule draconem Lernaeum expugnante, cum capita decisa statim iterum succrescerent, igne vulnera comburentis; quem deesse dicit Athenienſium civitati. Utitur eadem hac fabula contra Sophistas Plato in *Euthydemo*, Op. I, p. 297. qui locus proxime ad nostrum accedit, ac omnino cum eo comparandus est. — ἡμῖν edidi pro ἡμῶν.

b) Habet Cant. κεκολοπευκας, pro quò codd. V. A. E.

4. *Incerti.*

Ἰδών τινα Πλάτων φαῦλα μὲν πράττοντα, δίκας δὲ ὑπὲρ ἑτέρων λέγοντα, εἶπεν, οὗτος νοῦν ἐπὶ γλώσσῃ φέρει.

Cap. IV.

ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΥ ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ *).

Λείπει.

Cap.

E. κεκολλοπευκας. Unum et alterum corruptum esse vix dubitaveris. Ad litterarum ductum proxime accedere videtur κεκολλοπωκὼς, ex κολλοπόω, *conglutino*. *Hesych.* Ἐκολλόπωσε, συνήρμοσε κόλλῃ, ubi v. *interpr.* Parum tamen sensui convenire videtur; quomodo enim conglutinari possunt, quae igne combusta sunt? Quare potius ex κολοβόω, *detrunco*, vera lectio petenda, ac scribendum videtur κεκολοβοκὼς v. κεκολοβὼς, forma attica, *postquam ea detruncasset*, ut ad Iolaum referatur, nisi forte malis quod veritati proximum duco, adeoque exhibui κεκολοβὼς, πεύκαις, ut iungatur: ἐπικαύσας τὰς κεφαλὰς τῶν ῥητόρων πεύκαις, κεκολοβὼς, *qui capita rhethorum cum ea detruncasset, facibus vel torribus cremaverit.* Convenire hoc fabulae notissimum, cf. *Apollod.* p. 118. πεύκαις autem dictum foret pro ϑαλοῖς, adeoque omnino pro πυρὶ, cf. *Steph.* h. v. Si vulgatam defendere velis forma foret κολοπεύω, rite quidem deducta ex κολὸς *mutilus*, eodem sensu quo κολοβόω, *mutilo* vel *detrunco*; apud neminem tamen ex

grae-

4. *Incerti.*

Cum videret quendam Plato, ipsum quidem delinquentem, alteri autem patrocinantem: Hic, inquit, mentem in lingua fert.

Cap. IV.

De sermone et scriptura.

Deest.

Cap.

---

graecis scriptoribus obvia. Rescribendum tamen vel sic κεκολοπευκώς pro κοκολοπευκας, quod nihili est. Verum in re incerta iudicium maneat apud doctiores.

ad fr. 4. Unde haec de Platone narratio desumta sit, dicere non habeo.

Ad Cap. IV.

*) Supplevi inscriptionem ex Photio. Ex ipso capite nihil amplius superest. *Fabric.* VII, p. 672 opinatur quidem pertinere huc capita quae leguntur in *Florileg.* 79 et 80 περὶ γραμμάτων, in quo tamen procul dubio falsus est. Primum enim nullum hic in codd. eorum vestigium apparet; praeterea vero non unum, sed duo capita περὶ γραμμάτων inserta leguntur in Florilegio, primum *pro* litteris, alterum *contra* litteras; ut adeo scriptor ibi in hoc loco eundem ordinem servaverit, quem in pluribus aliis, ut pro pulchritudine, contra pulchritudinem, pro nuptiis, contra nuptias, quod nunquam fecit in Eclogis.

Cap. V.

ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ *).

1. *Platonis.*

Παλαιὸς μῦθος, ὑπό τε αὐτῶν ἡμῶν rel. usque ad: οὔτε θάτερα ἀληθῆ τῶν λεγομένων.

2. *Eiusdem.*

Ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν rel. usque ad: ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις.

Cap. VI.

ΠΕΡΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ †).

1. *Platonis.*

Οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας rel. usque ad: ἢ τὰ γεγραμμένα; Ὀρθώτατα.

2. *Eiusdem.*

Δεινὸν γάρ που ὦ Φαῖδρε τοῦτ' ἔχει γραφή, rel. usque ad: ὁμοίως παρὰ τοῖς ἐπαίουσι.

3. *Eius-*

Ad Cap. V.

*) Inscriptionem iterum supplevi ex Photio.

ad fr. 1. Sunt verba *Platonis de leg.* IV, *Op.* II, p. 715.

ad fr. 2. Desumta sunt ex *Plat. Phaedro*, Op. III, p. 24.

Ad

Cap. V.
De poëtica.

1. *Plato.*

Vetus fabula passim a nobis fertur, *rel. usque ad:* utrum haec an illa vera sint.

2. *Eiusdem.*

Qui autem absque furore Musarum *rel. usque ad:* inanis ipse quidem eiusque poësis.

Cap. VI.
De genere orationis.

1. *Platonis.*

De arte itaque et inscitia *rel. usque ad:* quae in litteris significantur? Rectissime.

2. *Eiusdem.*

Grave id habet, o Phaedre, scriptura, *rel. usque ad:* aeque apud intelligentes.

3. *Eius-*

Ad Cap. VI.

†) Hanc quoque inscriptionem ex Photio supplevi. Subintelligendum nempe est τοῦ λόγου, *de sermonis charactere.*

ad fr. 1. Sunt verba *Plat. in Phaedro* Op. III, p. 274.
ad fr. 2. Leguntur in eodem dialogo *l. c.* p. 275.

3. *Eiusdem.*

Ἔστι γὰρ τοῦτο τέχνη μέν rel. usque ad: διὰ τούτων δὲ φθέγγεται πρὸς ἡμᾶς.

4. *Incerti.*

Πλάτων τὰ πολλὰ ὧν a) τινες συγγράφουσι, τοῖς Ἀδωνιακοῖς κήποις εἴκαζεν, οἱ τὴν χάριν ἐφήμερον b) ἔχοντες, ῥαδίως μαραίνονται.

Cap. VII.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΘΙΚΟΥ ΕΙΔΟΥΣ ΤΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

Ἠθικὴ ἔστι a) δύναμις ψυχῆς, δι' ἧς, ἀσκηθείσης καλῶς, ἡ πρακτικὴ κατασκευάζεται ἀρετὴ,

---

ad fr. 3. Desumta sunt ex Ione Platonis, *Op.* I, p. 533. Codd. V. A. E. male in marg. habent Ἱππίου.

ad fr. 4. Ex quo scriptore Platonis hoc dictum petitum sit, non annotatur; forte ex *Aristonymo* supra laudato, cf. *Cap. I. fr.* 11. Eadem imagine de sermonibus temere habitis utitur Plato in *Phaedro Op.* III, p. 276. De hortis arte factis, qui Adonidis vocantur v. *Hesych.* in Ἀδώνιδος κήποι, et ibi *interpret.*

a) ὧν, recte codd. V. A. pro ὡς ap. Cant. De scriptorum enim copia loquitur, quae vix lecta oblivioni traduntur.

b) χάριν ἐφήμερον bene codd. V. A. E. pro ἀρχὴν ἐπ' ἤμερον ap. Cant.

Ad Cap. VII.

Sequitur caput prolixum, quo maxima libri huius pars

3. *Eiusdem.*

Non enim ars hoc tibi praestat *vel. usque ad:* per hos nobis haec acclamat.

4. *Incerti.*

Plato scripta pleraque cum Adonidis hortis comparabat, qui brevi concinnati, brevi quoque flaccescunt.

Cap. VII.

De Ethico genere philosophiae.

Ethica est facultas animae, quae bene exculta virtutem agentem procreat; vel ratio secundum quam vir-

---

pars impletur, universam de moribus doctrinam comprehendens. Propositum sibi in eo habuit auctor, ut conspectum omnis philosophiae ethicae lectoribus exhiberet, et quidem ratione habita trium scholarum seu sectarum, quae in exponenda ea philosophiae parte quae ad mores et vitae usum spectat, maximam laudem quaerebant. Academicorum, Peripateticorum et Stoicorum; nam Epicureorum et Cyrenaicorum placita, quamquam et hos de rebus hisce multum disputasse constat forte quod filio, pro quo omnem hanc operam susceperat, minus ea convenire putaret, omisit. Habemus autem in hoc capite, quo ab omnibus reliquis distinguitur, non aliós scriptores, sed *Stobaeum ipsum loquentem.* Cum enim doctrinam Ethicam diversarum scholarum systematico ordine exponere vellet, non in eo acquiescere potuit, ut singula scriptorum loca exhiberet; sed potius ipse ex scriptoribus, quorum auctoritas id scho-

τὴ, ἢ λόγος καθ' ὃν χρησόμεθα ἠθικῇ. Ἦθος δέ ἐστι ποιότης τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς ὑποτακτικῶς ἔχειν εἰθιζομένου τῷ λόγῳ.

Ἄλλως· b) Ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς εἰθισμένον ὑπακούειν τῷ λόγῳ· ἢ πάθος, ἢ παθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, εἰθισμένον ὑπακούειν τῷ λογικῷ.

Ἄλλως· c) Πάθος, ἢ τὸ ὀρεκτικὸν μέρος d) τῆς ψυχῆς, εἰθισμένον ὑπακούειν τοῦ λογικοῦ. Πάρεστι δὲ κακεῖνος ὁρίζεσθαι· ἀρχὴ ψυχῆς πρακτικὴ·

---

lis ſumma eſſet, univerſi ſyſtematis epitomen conte-xuit, tanto maioris merito aeſtimandam, cum ad fontes quibus ille uſus eſt plurimos, aditus iam nobis interceptus ſit. Ordinem autem in eo ſecutus eſt hunc, ut primum quid ſit Ethica, explicaret; tunc diviſionem doctrinae Ethicae ex Academicorum placitis exhiberet; poſt haec loca praecipua quibus omnis haec philoſophiae pars continetur, ut de fine, de bono, et alia, ſingulorum definitiones exponendo, declararet; tunc porro univerſae Stoicorum doctrinae ethicae diviſionem et conſpectum exhiberet, denique vero Ariſtotelis et Peripateticorum decreta de omni practica philoſophia, non ethica modo, ſed politica quoque et oeconomica, quas tamen paucis tantum attigit, exponeret. Inſcriptionem capitis revocandam duxi ex Photio, cuius auctoritatem in reliquis quoque capitum titulis reſtituendis ſecutus ſum, nam ap. Cant. et in codd. inſcribitur περὶ ἠθικῆς καὶ τῶν ἀκολούθων, nullo commodo ſenſu. Praeterea in Cant. ed. plures tituli, qui paſſim quoque codd. Mnſcpts. margini adſcripti ſunt, exſtant, quos tamen merito exſulare iuſſi, cum maximam partem, ut in ſingulis oſtendi, librariorum lubidini originem debeant.

a) Exhibet, ut modo dictum eſt, primo varias *definitiones ethices*, ſecundum Academicos, Peripateticos et Stoi-

virtute morum utimur. Ethos autem est qualitas partis animae, ratione carentis, secundum quam rationi parere assveta est.

Aliter: Pars animae ratione carens, assveta rationi parere. Aut affectus, sive affectibus obnoxia pars animae, rationis participi parere assveta.

Aliter: Affectus, vel pars animae appetitiva, assveta ratione praeditae obedire. Licebit quoque ita definire: principium agens animae: aut motus animae

---

Stoicos. Primum locum occupant Academici; ex eorum enim libris petita esse decreta, quae proxime sequuntur, ipse innuit statim infra: οὕτως μὲν οὖν οἱ κατὰ Πλάτωνα Φιλοσοφοῦντες ὁρίζονται. Quos auctores proprie secutus sit, cum Speusippi, Xenocratis et reliquorum scripta nobis inviderit fortuna, definiri quidem nequit; horum tamen libros eum ante oculos habuisse, clarum erit, si quae Cicero de Ethica ex eorum sententiis disputat, *Quaest. Acad.* I, 5. cum iis conferueris: *Morum autem putabant studia esse, et quasi consvetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione firmabant; in quibus erat philosophia ipsa.* — Pro ὁ πρακτ. recte codd. V. A. ἡ πρακτική, qui iidem quoque χρησόμεθα pro χρησάμεθα, nisi forte malis χρηζόμεθα.

b) Ἄλλως et τῆς supplent codd. V. A. Verba ἢ πάθος — λογικῷ desunt in cod. V. Non tamen ea delenda putavi; quamvis enim pro glossemate haberi possint, potius tamen ob homoioteleuton intercidisse putaverim.

c) Ἄλλως, quod ap. Cant. in marg. legitur, codd. V. A. in contextum admittunt.

d Τὸ ὀρεκτικὸν μέρος recte codd. V. A. pro τὸ ὀρεκτικὸν πάθος. Constat Platonem tres animae partes distinxisse, τὸ λογικὸν nempe, et duas reliquas ratione destitutas, τὸ ἐπιθυμητικὸν et τὸ θυμικὸν, quae hic communi nomine τοῦ ὀρεκτικοῦ comprehenduntur.

κή· e) ἢ κίνησις τῆς ψυχῆς καθ' ὁρμήν· ἢ, ποιότης ἀλόγου μορίου ψυχῆς· ἢ, ψυχῆς τοῦ ἀλόγου μέρους ποιότης, κατ' ἐπιτακτικὸν λόγον δυναμένη τῷ λογικῷ ἑπακολουθεῖν. Οὕτω μὲν οὖν οἱ f) κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφοῦντες ὁρίζονται. Οἱ δὲ κατὰ Ζήνωνα g) τὸν Στωϊκὸν, τροπικῶς· ἦθός ἐστι πηγὴ βίου, ἀφ' ἧς αἱ κατὰ μέρος πράξεις ῥέουσι. Πάθος δ' ἐστὶν, ὡς μὲν Ἀριστοτέλης h), ἄλογος ψυχῆς κίνησις πλεοναστική. Τὸ μὲν οὖν ἄλογον κατὰ τοῦ μὴ ἔχοντος τὸν ἀρχικὸν λόγον τάττει, τὸν γὰρ ὑποτακτικὸν ἔχει, καθ' ὃν ὑπακούειν πέφυκε τῷ λογικῷ. Τὸ δὲ πλεοναστικὸν, κατὰ τοῦ πεφυκότος ἐπιδέχεσθαι πλεονασμὸν, οὐ κατὰ τοῦ ἤδη πλεονάζοντος· ποτὲ μὲν γὰρ πλεονάζει, ποτὲ δ' ἐλλείπει. Καὶκείνως δ' ὁρίζεται· πάθος ἐστὶ κίνησις τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς πλεοναστικὴ, κατὰ φαντασίαν ἡδέος gg) ἢ λυπηροῦ. Ὁ μὲν οὖν Περιπαθητικὸς οὕτως· ὡς δ' ὁ Στωϊκὸς ὡρίσατο Ζήνων· hh) πάθος ἐστὶν ὁρμὴ πλεονάζουσα. Οὐ λέγει πεφυκῦια πλεονάζειν, ἀλλ' ἤδη ἐν πλεονασμῷ οὖσα· οὐ γὰρ δυνά-

e) Ἀρχὴ ψυχῆς πρακτικὴ, principium quo anima ad agendum impellitur, bene codd. V. A pro ἀρχὴ πρακτικὴ ψυχῆς πραγματικῆς, quod Cant. nullo sensu exhibet.

f) οἱ supplent codd. V. A.

g) Plura lecta fuisse Zenonis scripta, quae ad philosophiam morum spectabant, ut περὶ ὁρμῆς, περὶ παθῶν et alia, novimus ex *Diog. Laert.* VII, 1, 4. quod tamen ante oculos habuerit scriptor, incertum manebit. Apud Cant. corrupte exstat: τρεπικῶς, ἦθος τι πηγὴ βίου, pro quo

mae ad appetitum; aut qualitas partis animae ratione destitutae secundum praecepta rationis rationi obedire edocta. Atque ita quidem Platonici definiunt. Stoici autem, Zenonis castra sequentes, metaphorice: vitae fontem, ex quo singulae fluunt actiones. Affectus vero secundum Aristotelem est rationis expers animi motus abundans. Ac rationis expers quidem ponit quod ratione duce careat, quandoquidem partem obedientem habet, secundum quam rationis participi paret; abundans autem quatenus abundantiae capax, non iam abundans, siquidem nunc abundat nunc deficit. Definit quoque sic: affectus est conventio partis animae ratione destitutae per imaginationem voluptatis vel doloris nimiam. Ac hoc quidem modo Peripateticus. Ut vero Zeno Stoicus definit: affectus est appetitio nimia. Non dicit nimii capacem, sed iam nimiam, nec quae talis

---

quo τροπικῶς habent codd. V. A. E. ἔστι autem pro τι ex meo restitui.

h) Explicationes hae Aristotelis in libris eius qui supersunt, ipsis verbis quidem non leguntur, conveniunt tamen cum iis, quae *ad Nicomach.* II, 4. disputat. Novimus tamen ex *Diog.* V, 1. 23. lectum fuisse olim Aristotelis περὶ παθῶν librum singularem, ex quo haec forte desumta sunt.

gg) ἡδέος edidi pro ἡδέως ap. Cant. Codd. V. A. E. male ἢ δέους.

hh) Aliam subiungit Zenonis explicationem, non τροπικῶς, ut priorem, sed proprie pronunciatam. Eandem tribuit Zenoni *Diog. Laert.* VII, 1, 63. Ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα, ἢ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα.

νάμει, μᾶλλον δ' ἐνεργείᾳ. Ὡρίσατο δὲ κακείνως· πάθος ἐστὶ ποτὴ i) ψυχῆς, ἀπὸ τῆς τῶν πτηνῶν Φορᾶς, τὸ εὐκίνητον τοῦ παθητικοῦ παρεικάσας. Ἠθοποιία δ' ἐστὶν ἤθους ἐμποίησις k). Ἠθικὴ δ' ἐστὶν ἀρετὴ μεσότης παθῶν, ἢ ἕξις ὁρίζουσα τοῦ πάθους τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν τῷ τῆς φρονήσεως λόγῳ· ἢ ἕξις προαιρετικὴ τοῦ καλοῦ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτάρκη περὶ τῶν ὅρων, πολλάκις γὰρ οἱ περὶ αὐτῶν λόγοι παρεμπεσοῦνται. Χωρητέον δὲ ἐπὶ τὴν διαίρεσιν τοῦ ἠθικοῦ τόπου, εὐθὺς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κατὰ διαφορὰν ἐνδεικνυμένου l).

I. Διαίρεσις ἠθικοῦ τόπου κατὰ τοὺς Ἀκαδημικούς. m)

Φίλων ἐγένετο Λαρισσαῖος n), φιλόσοφος Ἀκαδημικὸς, ἀκουσὴς Κλειτομάχου, τοῦ ἱκανὴν εἰσενεγκα-

---

i) ποτὴ *volatus*, sic rescribere non dubitavi pro ποιὰ, quod cum Cant. exhibent codd. nullo tamen sensu. Postulant ποτὴ verba quae sequuntur, Zenonem affectus vocasse volatum animae metaphorice, ἀπὸ τῆς τῶν πτηνῶν Φορᾶς. Posses suspicari legendum esse πτοία, *perturbatio animae*, quod tamen nec respondet sequentibus, nec ad litterarum ductum proprius accederet.

k) ἐμποίησις, sic recte codd. V. A. E. P. pro ἀμποίησις.

l) Verba εὐθὺς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κατὰ διαφορὰν ἐνδεικνυμένου clara erunt, si ἐνδεικνυμένου sensu passivo acceperis: *declarato a me hoc loco pro rerum diversitate, statim ad reliqua procedendum est.* Est nempe τὸ ἐνδείκνυσθαι

lis esse possit, sed quae iam sit. Definit etiam animae volatum, cum avium motu celeritatem affectuum comparans. Quae autem dicitur morum imitatio vel confictio est morum personae attributio. Virtus moralis vero est affectuum medietas, vel habitus affectus abundantiam vel defectum prudentia componens; vel habitus honesti circa voluptates vel dolores appetens. Atque hactenus quidem de definitionibus dictum sit; saepius enim de illis sermo incidet; nunc autem notionum quas continet locus quem tractamus diversitate explicata, statim ad morum scientiae divisionem pergamus.

1. *Divisio Ethices secundum Academicos.*

Philo quidam Larissaeus fuit, Academicus, Clitomachi discipulus, in litteris celeberrimi. Is cum alia

---

σθαι κατὰ διαφοράν, genus declarandi rem per diversas notiones quas continet.

m) Proponit auctor brevi conspectu omnis disciplinae ethicae in loca seu capita sua divisionem, et quidem ex Academicorum placitis, quare in titulo addidi κατὰ τοὺς Ἀκαδημικούς. Sequitur in eo duos insignes novae Academiae philosophos, *Philonem* Larissaeum, et *Eudorum* ex Alexandria ortum. *Philo Larissaeus*, celebris erat inter Academicos Ciceronis aetate, qui eum, bello Mithridatico profugum, Romae audiverat, summisque laudibus prosequitur; *Qu. Acad.* I, 4. et IV, 4. cf. *Brucker.* I, p. 774. Non ore modo sed scriptis eum quoque docuisse testis est *Cicero* l. c. qui libros eius, in quibus duas esse academias negaverat, laudat; periere tamen non libri modo,

νεγκαμένου προκοπὴν ἐν τοῖς λόγοις o). Οὗτος ὁ Φίλων τά τε ἄλλα πεπραγμάτευται δεξιῶς, καὶ διαίρεσιν τοῦ κατὰ Φιλοσοφίαν λόγου, ἣν ἐγὼ προχειροῦμαι, [περὶ ἧς ὁ λόγος p).] Ἐοικέναι δὲ q) φησι τὸν φιλόσοφον ἰατρῷ. Καθάπερ οὖν ἔργον ἰατροῦ, πρῶτον μὲν πεῖσαι τὸν κάμνοντα παραδέξασθαι τὴν θεραπείαν· δεύτερον δὲ, τοὺς τῶν ἀντισυμβουλευόντων λόγους ὑφελέσθαι, οὕτως καὶ τοῦ φιλοσόφου. Κεῖται τοίνυν ἑκάτερον τούτων ἐν τῷ προσαγορευομένῳ προτρεπτικῷ λόγῳ, ἔστι γὰρ ὁ προτρεπτικὸς ὁ παρορμῶν ἐπὶ τὴν ἀρετήν. Τούτου δ' ὁ μὲν ἐνδείκνυται τὸ μεγαλοφελὲς αὐτῆς, ὁ δὲ τοὺς ἀνασκευάζοντας ἢ κατηγοροῦντας, ἢ πως ἄλλως κακοηθιζομένους r) τὴν φιλοσοφίαν ἀπελέγχει. Δεύτερος δὲ μετὰ τοῦτον ὁ πρὸς τὴν ἰατρικὴν ἀναλογίαν δευτέραν ἔχων τάξιν. Ὡς γὰρ ἰατροῦ, μετὰ τὸ πεῖσαι παραδέξασθαι τὴν θεραπείαν

---

do, sed ipsa quoque titulorum memoria. Quo ipso maiorem nos gratiam debere Ioanni Stobaeo, qui in communi hac omnium scriptorum clade, quibus Academici tum antiquiores tum recentiores praecepta sua tradiderunt, locum nobilissimum nobilissimi philosophi nobis servavit, quo non modo ipsa eius philosophia, sed methodus quoque philosophandi cognoscitur, facile concedent omnes. Desumtus vero est ex libro in quo teste Stobaeo διαίρεσιν τοῦ κατὰ Φιλοσοφίαν λόγου tradiderat, et qui adeo universam philosophiam continuisse videtur.

n) Λαρισσαίος, sic recte Codd. V. A. E. pro Λαρισαίος. Clitomachi Philonem auditorem fuisse, memoriae quoque tradidit Cic. Acad. IV, 6.

o) λό-

alia dextre tradidit, tum hanc de quo agimus, divisionem. Ait enim philosophum esse medico similem. Quemadmodum igitur medici officium, primum quidem aegroto persvadere, ut curationem admittat; deinde vero adversariorum rationes confutare, sic quoque philosophi. Utrumque igitur hoc in adhortatione positum habet; est enim adhortatio ad virtutem incitans oratio; cuius altera pars magnum ipsius usum exponit, altera adversarios, vel philosophiam aliquo modo calumniantes, refellit. Secundo porro modo sic cum medicina instituitur comparatio. Quemadmodum est medici, postquam persvasit admittendam curationem, eam remediis adhibere,

---

o) λόγοις sic iam Cant. in marg. emendaverat pro λοιποις, quod exhibent codd. sine sensu.

p) Verba περὶ ἧς ὁ λόγος, quae redundant, glossema esse videntur, adeoque uncis a me inclusa sunt.

q) Δὲ, quod nexus postulat, rescripsi pro δή.

r) κακοηθιζομένους recte ut arbitror codd. V. A. E. pro κακοιθιζομένους ap. Cant. qui et statim recte δευτέραν exhibent pro δεύτερον. Quamvis enim verbum κακοηθίζεσθαι apud lexicographos frustra quaeras, recte tamen ex κακοήθης derivatum est, eadem forma eodemque sensu ut ἐυηθίζεσθαι, *ineptum esse, inepte loqui* ex ἐυήθης. Dubitare tamen licet, num graece dici possit κακοηθίζεσθαι τινὰ (sc. κατὰ), *inepte se gerere versus aliquem*, cum potius ita ut ἐυηθίζεσθαι absolute tantum positum ferendum videatur? Legendum itaque fortasse κακιζομένους τὴν Φιλοσοφίαν, eodem sensu.

πείαν τὸ προσάγειν ἐστὶ εἰς ταύτην τὰ μὲν θεραπευτικὰ, τὰ μὲν τῷ προεκκομίσαι τὰ νοσοποιὰ τῶν αἰτιῶν, τὰ δὲ τῷ τὰ παρασκευαστικὰ τῆς ὑγιείας ἐνθεῖναι· s) οὕτως οὖν καὶπὶ τῆς ἐπισήμης ἔχει. Μετὰ γὰρ τὰ προτρεπτικὰ πειρᾶται τὰ θεραπευτικὰ προσάγειν, ἐφ' ἃ [διὰ] τοῖς παρορμητικοῖς t) κέχρηται διμερῶς· τὸ μὲν γὰρ ὑπεξαιρετικὸν τῶν ψευδῶς γεγενημένων δοξῶν, δι' ἃς τὰ κριτήρια νοσοποιεῖται τῆς ψυχῆς, προσάγει λόγον· τὸ δὲ τῶν ὑγιῶς ἐχουσῶν ἐνθετικόν u). Δεύτερος οὖν ὁ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τόπος, ἐφ' ὧν καὶ δι' ὧν v) ἡ προτροπή. Τῷ δὲ τρίτῳ πάλιν ὁ τρίτος ἀναλογήσει. Καὶ γὰρ τῇ ἰατρικῇ σπουδὴ πᾶσα περὶ τὸ τέλος, τοῦτο δ' ἦν ὑγιεία, καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ περὶ τὴν εὐδαιμονίαν. Συνάπτεται δὲ τῷ περὶ τελῶν λόγῳ λόγος περὶ βίων x). Ἔτι γάρ τε τῇ ἰατρικῇ οὐκ

---

s) Legitur ap. Cant. Ὡς γὰρ ἰατροῦ — τὸ προσάγειν ἐστὶ ταύτην τοῦ μὲν θεραπευτικοῦ, τὰ μὲν ἐν τῷ προεκκομίσαι τῶν αἰτιῶν, τὰ δὲ τῷ παρασκευαστικῷ τῆς ὑγιείας ἐνθεῖναι. In codd. nihil omnino hic eſt praeſidii. Quid tamen voluerit ſcriptor ſatis patet ex ſequentibus, in quibus comparatio hic inſtituta explicatur; quare ſi in verbis quoque reſtituendis lapſus fuerim, ſenſum tamen me aſſecutum eſſe, confido. Edidi itaque τὸ προσάγειν ἐστὶ εἰς ταύτην τὰ μὲν θεραπευτικὰ, *ut medici eſt ad ſanandum adhibere medicinam*; ut mox infra: μετὰ γὰρ τὰ προτρεπτικὰ πειρᾶται προσάγειν τὰ θεραπευτικά. Reſtituitur ita parallelismus membrorum; hoc enim neglecto coniectare quoque poſſes: τὸ προσάγειν ἐστὶ ταύτην τοῖς

bere, partim sublatis morborum causis, partim sanitatem efficientibus substitutis; sic etiam in hac scientia se res habet. Etenim post exhortationem student curationem adhibere, excitationibus utentes duplici modo; partim falsas opiniones, quibus animae iudicium inficitur, tollentibus, partim veras substituentibus. Secundo igitur de bonis et malis agitur, propter quae fuerat instituta adhortatio. Tertio denique modo sic instituatur comparatio. Sicut medicinae studium omne refertur ad finem, sive ad sanitatem, sic philosophiae ad beatitudinem. Coniungitur autem cum tractatu de finibus alter de vita. Etenim sicut medicinae non sufficit sanitatem restituere,

re,

τοῖς μὲν θεραπευτικοῖς, *sanationem remediis adhibitis afferendam esse*; nisi potius verba τοῦ μὲν θεραπευτικοῦ prorsus delenda esse censeas. — Post μὲν et mox post δὲ male ap. Cant. inseritur ἐν quod delent codd. V. A. qui quoque pro τῷ παρασκευαστικῷ recte τῷ τὰ παρασκευαστικὰ, servarunt.

t) Edidit Cant. ἐφ' ἃ διὰ τῆς παρορμητικῆς κέχρηται διμερῶς nullo sensu. Pro τῆς παρορμητικῆς ex cod. A. rescripsi τοῖς παρορμητικοῖς. Sed superest διὰ quod vel plane delendum, vel in δὴ mutandum, nisi malis νὴ Διά.

u) Corrupte Cant. τὸν δὲ τῶν ὑγιῶς ἐχουσῶν αἰθητικὸν, pro quo τὸ δὲ postulat sensus; ἐνθετικὸν vero pro αἰθητικὸν bene servarunt codd. V. A. E.

v) ἐφ' ὧν καὶ δι' ὧν, *ad quae et propter quae*, rescripsi pro ἐφ' ὃν καὶ δι' ὃν ap. Cant.

x) βίων sic bene codd. V. A. E. pro βίου. Sunt enim βίοι varia vitae genera, vel modi vivendi, v. c. cum vel privatam quis vel publicam vitam agit.

οὐκ ἀρκεῖ y) τὴν ὑγείαν ἐμποιῆσαι, χρεία δὲ καὶ τοῦ παρασχεῖν παραγγέλματα περὶ τῆς ὑγείας, οἷς προσέχοντες τὸν νοῦν, τὴν εὐεξίαν τοῦ σώματος διαφυλάξουσι· καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ βίου θεωρημάτων τινῶν ἐστι χρεία, δι' ὧν ἡ φυλακὴ γενήσεται τοῦ τέλους. Διττὸς δὲ καὶ ὁ περὶ βίων λόγος, ὁ μὲν ἴδιος, ὁ δὲ κοινός· ὧν τὸν μὲν ἴδιον z) ἐπισκοπεῖν δέον ἐστὶ τὰ πρὸς ἕκαστον, οἷον εἰ τῷ νοῦν ἔχοντι πολιτευτέον, ἢ τοῖς ἡγεμονικοῖς συμβιωτέον, ἢ γαμητέον τῇ σοφῇ; τὸν δὲ κοινὸν πρὸς ἅπαντας, οἷονεὶ τὸ a), τίς ἀρίστη πολιτεία; εἰ κοινὰς ποιητέον τὰς ἀρχὰς ἢ τιμητάς; Τοῦτον δὲ τὸν κοινὸν προσαγορευτέον μὲν πολιτικὸν, τακτέον δὲ καθ' αὑτὸν, καίπερ ὄντα μέρος τοῦ περὶ βίων, διά τε τὸ μέγεθος καὶ τὴν κοινότητα. Εἰ μὲν οὖν ἐνεδέχετο πάντας εἶναι σοφοὺς, οὐκ ἂν ἐδέησε πλειόνων ἔτι τόπων· οἱ γὰρ κατὰ λεπτὸν διαιρούμενοι, παραφυάδες εἰσὶ τῶν προκειμένων· ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν μέσως διακειμένων ἀνθρώπων πρόνοιαν ποιητέον, οὕστινας ἐκ τῶν παραινετικῶν λόγων ὠφελεῖσθαι b) συμβαίνει, μὴ δυναμένους

---

y) Corrupte habet Cant. Ἐπὶ γὰρ τῆς ἰατρικῆς οὐκ ἀρκεῖ· pro quo rescripsi Ἔτι γὰρ τῇ ἰατρικῇ οὐκ ἀρκεῖ &c. praeterea enim medicina non in eo subsistit &c. Posses quoque suspicari: Ἐπεὶ γὰρ τῇ ἰατρικῇ rel. ut mox a verbis καὶ δὴ καὶ incipiat apodosis.

z) Male Cant. ὡς τὸ μὲν ἴδιον, pro quo ὧν postulat sen-

re, nisi etiam praecepta tradat, quibus obsequentes bonam corporis valetudinem conservent; sic etiam in vita praeceptis quibusdam est opus, ad finem, felicitatem nempe, conservandum. Duplex autem est de vitis tractatus, vel de privata vel de publica; quorum ille necessario singulorum res considerat, velut an prudenti sit gerenda respublica? an cum principibus vivendum? an sapienti uxor ducenda? hic omnium, velut quae sit optima respublica? utrum pro censu magistratus, an pro capite conferendi sint? Ex his publicam appellare licet civilem; convenit autem separatim tractare, quamvis inter partes ponatur, quoniam latissime patet. Iam siquidem omnes contingeret esse sapientes, pluribus locis non esset opus; quandoquidem subtiliores divisiones ex praecedentibus subnascentur; quoniam vero mediocrium quoque hominum est gerenda cura, qui cum disputationibus gravioribus vel per temporis penuriam vel per

---

sensus, τὸν vero offerunt codd. V. A. E. qui et statim recte τῷ νοῦν habent pro τὸν οὖν.

a) οἷονεὶ τὸ, *velut illud*, edidi pro: οἷον ἐκ τοῦ, quod cum Cant. habent codd. nullo sensu.

b) ὠφελεῖσθαι sic recte codd. V. A. pro ἀφελεῖσθαι ap. Cant. qui et statim προσενκαιρεῖν *vacare*, quod iam in marg. coniecerat Cant. pro πρὸς ἐνκαιρεῖν, et mox ἀναγκαίας servarunt pro ἀνάγκας.

μένους προσευκαιρεῖν τοῖς διεξοδικοῖς πλάτεσιν, ἢ διά τινας ἀναγκαίας ἀσχολίας, ἐπεισενεκτέον τὸν ὑποθετικὸν λόγον, δι' οὗ τὰς πρὸς τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν ὀρθότητα τῆς ἑκάστου χρήσεως ὑποθήκας ἐν ἐπιτομαῖς ἔξουσι.

Οὕτω μὲν οὖν ἡ Φίλωνος ἔχει διαίρεσις. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἀργοτέρως διεκείμην, ἀρκεθεὶς ἂν αὐτῇ συνεῖρον ἤδη τὰ περὶ τῶν ἀρεσκόντων, τῇ τῆς ἑξαμερείας c) ἐπικουφιζόμενος περιγραφῇ· ἡγούμενος δ' ἐμαυτῷ πρέπειν πρὸ παντὸς τὴν οὐσίαν δεῖν ἐπισκοπεῖν οὗ τις πραγματεύεται d), κἄπειτα ποιότητα, τὴν περὶ αὐτήν, καὶ ποσότητα, καὶ τούτοις ἑρεξῆς τὸ πρός τί, νομίζω προσεπιπονητέον τε εἶναι καὶ τὰ ἄλλων ἐπισκοπεῖν, καθάπερ οὐ πάντων, οὕτως τῶν περὶ ταῦτα διενεγκάντων.

Ἔστιν οὖν Εὐδώρου τοῦ Ἀλεξανδρέως, Ἀκαδημικοῦ Φιλοσόφου, διαίρεσις τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου e), βιβλίον ἀξιόκτητον, ἐν ᾧ πᾶσαν ἐπεξελήλυθε

---

c) ἑξαμερεία, *divisio in sex partes* seu *capita*. Talem enim fuisse Philonis divisionem clarum est ex praecedentibus, cum duo capita contineret ὁ λόγος προτρεπτικὸς, nempe τὸν παρορμῶντα et τὸν ἀπελέγχοντα; duo ὁ θεραπευτικὸς, nempe τὸν ὑπεξαιρετικὸν, et τὸν ἐνθετικόν; duo denique ὁ περὶ τέλους, nempe τὸν περὶ εὐδαιμονίας et περὶ βίων, qui etsi iterum in duo dividatur, nempe in eum de vita privata et publica, hunc tamen, quod nimis lata pateat, per se tractandum esse, supra dictum est.

d) οὗ

per alia negotia vacare non possint, magnum ex praeceptis usum capiunt, non omittendus est praeceptorum tractatus, qui de recto singulorum usu breves iis tradat regulas.

Atque haec quidem Philonis est divisio: ego vero siquidem ignaviam colerem, illa contentus iam dogmata connecterem, usus divisione secundum sex partes, modo propositа. Cum autem existimem primum naturam rei tractandae, deinde qualitatem, tum quantitatem, postremo relata inspici deberi, alios quoque consulendos iudico, ut non omnes, ita in his praecipuos.

Eudorus igitur, Alexandrinus, Academicus, philosophiae divisionem in libro suo praeclare tradidit, totam scientiam ad quaestiones referens; unde,

---

d) οὗ τις πραγματεύεται, *naturam rei quam quis tractat*; ut οὗ dictum sit pro τούτου ὅ, sic bene cod. Par. pro οὗτ' εἰς πραγματεύεται, quod cum Cant. habent codd. reliqui.

e) Expositа Philonis divisione, aliam affert *Eudorì* cuiusdam Alexandrini, Academicae scholae addicti. Quis fuerit, et quo tempore vixerit, incertum est; nihil enim de eo constat, nisi quod *Simplic. in categ. Arist.* passim Eudorum Academicum commemorat, qui in Aristotelis categorias commentatus fuerat. Scripsisse eum praeterea διαίρεσιν τοῦ κατὰ Φιλοσοφίαν λόγου seu *divisionem omnis philosophiae* et quidem προβληματικῶς, i. e. ita ut quaestiones quas de singulis locis movent philosophi, excuteret, discimus ex Iohanne nostro Stobaeo, qui quae de morum doctrina expositа erat, paucis ex eo refert.

λήλυθε προβληματικῶς τὴν ἐπιστήμην, ἧς f) ἐγὼ διαιρέσεως ἐκθήσομαι τὸ τῆς ἠθικῆς οἰκεῖον. Ἔχει δ' οὕτω. Τριμεροῦς ὄντος τοῦ κατὰ Φιλοσοφίαν λόγου, τὸ μέν ἐστιν αὐτοῦ ἠθικὸν, τὸ δὲ φυσικὸν, τὸ δὲ λογικόν. Τοῦ δὲ ἠθικοῦ τὸ μὲν περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας, τὸ δὲ περὶ τὴν ὁρμὴν, τὸ δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν. Ταῦτ' ἐστὶ γὰρ τριμερῆ τῆς ἠθικῆς εἴδη g), πρῶτον μὲν, τὸ θεάσασθαι τὴν ἀξίαν τοῦ πράγματος ὅπερ αἱρεῖσθαι μέλλομεν, οὐδὲ γὰρ οἷόν τε γενέσθαι τὴν ὁρμὴν ἔυλογον, εἰ μὴ μετὰ τὴν θεωρίαν· ἡ θεωρία δ' ἐστὶ περίσκεψις τοῦ πράγματος καὶ οἷον ἐπίκρισις, κατὰ τὸν περὶ αὐτοῦ λογισμόν. Δεύτερον δὲ, τὸ τὴν ὁρμὴν τῷ περινοηθέντι καλῶς ἐπιβάλλειν· Τρίτον τὸ τὴν πρᾶξιν αὐτοῖς ἐπισυνάψαι. Ταῦτ' ἐστὶ τὰ πρῶτα μέρη τοῦ ἠθικοῦ λόγου, θεωρητικὸν, ὁρμητικὸν, πρακτικόν· τούτων δ' ἑκάστου ὑποδιαίρεσις. Τοῦ γὰρ περὶ h) τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας, τὸ μὲν περὶ τῶν σκοπῶν ἢ τῶν i) λεγομένων σκοπῶν τοῦ βίου· τὸ δὲ k) περὶ τῶν συμβαλλομένων εἰς τὴν τῶν τελῶν

---

f) ἧς recte cod. Par. pro ὡς ap. Cant.

g) Locus hic et corruptus et mutilatus legitur ap. Cant. τοῦ δ' ἠθικοῦ τὸ μὲν περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἑκάστου ἀξίας, τὰ δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν. Ταῦτ' ἐστὶν ἀνθρομερῆ τῆς ἠθικῆς εἴδη πρῶτον μεν &c. Ponuntur in iis quae ſtatim ſequuntur a ſcriptore tria Ethices momenta, nem-

de, quantum ad Ethicam pertinet, desumam. Triplex vero inquit est philosophia, naturae, morum, ac differendi. Morum porro philosophia partim circa contemplationem singulorum dignitatis, partim circa appetitionem, partim circa actionem versatur. Etenim hae tres sunt morum scientiae species, primum contemplatio dignitatis rei, quam sectari volumus; posteaquam nulla appetitio ante contemplationem ratione nititur, contemplatio autem est rei consideratio deque ea iudicium; porro appetitio rei probe consideratae adhibita; denique actio, quae utrique subiungitur. Quapropter hae primae sunt morum scientiae partes, contemplans, appetens et agens; quarum singulae rursus dividuntur. Contemplatio primum vel fines, vitarum qui dicuntur, tractat; vel quae ad eos consequendos pertinent, (ad quae

---

nempe *contemplatio*, θεωρία, quatenus aliquid appetendum vel fugiendum sit, unde oritur ὁρμὴ, *appetitio*, quam sequitur denique πρᾶξις, ipsa *actio*. Certum inde est post ἀξίας excidisse τὸ δὲ περὶ τὴν ὁρμὴν, et statim pro τὰ δὲ iterum legendum esse τὸ δέ. Proxima ταῦτ' ἐσιν ἀνδρομερῆ τ. η. εἴδη corrupta esse per se patet. Rescripsi ταῦτ' ἔσι γὰρ τριμερῆ τ η εἴδη, *haec enim tria sunt Ethices genera*, ut τριμερῆ, ut saepius, pro τρία dictum sit.

h) Τούτων δ' ἑκάσου ὑποδιαίρεσις· τοῦ γὰρ περὶ &c. sic recte codd. V. A. E. pro Τούτων δ' ἑκασον ὑποδιαίρεσιν· τοῦ δὲ περὶ ap. Cant.

i) ἢ τῶν sensu postulante rescripsi pro καὶ τῶν.

k) τὸ δὲ bene codd. V. A. pro τι δὲ ap. Cant.

λῶν περιποίησιν, (τὸ μὲν ἐστι περὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν l),) τὸ δὲ, περὶ τῶν κατὰ τὰς ἀρετὰς ποιῶν, ὅπερ καὶ καλεῖται χαρακτηριστικόν· τὸ δὲ περὶ τεχνῶν· τὸ δὲ περὶ ἐπιτηδευμάτων. Τοῦ μὲν περὶ ἀρετῶν τὸ μὲν κοινὸν, τὸ δ' ἴδιον· κοινὸν μὲν, οἷον περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἀνδρείας, σωφροσύνης, φρονήσεως, τῶν ἄλλων· ἴδιον δὲ τὸ προτρεπτικὸν, τοῦτο γὰρ εἰς τὸ μόνως ἐνδείξασθαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν. Καὶ ὁ μὲν περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας λόγος εἰς τοσούτους τόπους γενικοὺς τέμνεται· ὁ γὰρ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πολλὰς περιέχει διαιρέσεις, αὐτίκα τὴν περὶ τῶν λεγομένων προηγουμένων, τὴν περὶ Φιλίας, καὶ ἡδονῆς, καὶ δόξης, καὶ εὐφυίας. Τῷ δὲ περὶ Φιλίας κατὰ γειτνίασιν ὑπάγει τὸν περὶ ἔρωτος, τὸν περὶ συμποσίων. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅμως τοῦδε σύμπαντος m) εἰς τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὡς γενικώτατον ἀπέταξε λόγον. Τοῦ δὲ περὶ τῆς ὁρμῆς n) λόγου ὁ μὲν ἐστι περὶ τῆς ἰδικῆς ὁρμῆς, ὁ δὲ περὶ παθῶν. Ἤτοι γὰρ πᾶν πάθος ὁρμὴ πλεονάζουσα, ἢ τά γε πλεῖστα μεθ' ὁρμῆς, καὶ τὰ ἀρρωστήματα o). Τοῦ δὲ

---

l) Verba τὸ μὲν ἐστι περὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν explicationem continent praecedentis: τῶν συμβαλλομένων εἰς τὴν τῶν τελῶν περιποίησιν, *virtutem et vitia esse instrumenta quibus* τὸ τέλος τοῦ βίου *scil. felicitatem assequimur*; quare, ne nexum sententiarum tollerent, uncis ea inclusi; nec si prorsus ea eiicienda esse, utpote ex glossema-

quae virtutes et vitia referuntur,) vel qualitates secundum virtutes, quod characteristicum vocatur; vel artes et studia. Virtutum porro tractatio partim communis est, partim propria; communis quidem, ut de iustitia, de fortitudine, de temperantia, de prudentia, et aliis; propria vero adhortationem complectitur, quae virtutem ac vitium duntaxat demonstrat. Et contemplatio quidem singulorum dignitatis in tot generales locos secatur; siquidem bonorum locus et malorum multas divisiones continet, ut de productis, de amicitia, de voluptate, de gloria, de bona indole; quemadmodum ad locum de amicitia refert Herodorus ob similitudinem eum de amore et de conviviis. Verumtamen haec quidem omnia generali bonorum ac malorum loco subiicit. Appetitionis autem locus partim de speciali appetitione, partim de affectibus tractat; siquidem vel omnis affectus est appetitio nimia, vel fere omnis, et ipsae quoque aegritudines. Actionis denique locorum

---

semate orta, putes, refragabor. Cant. male in marg. pro μὲν corrigit δέ.

m) Τοῦδε σύμπαντος, nempe λόγου. Pro εἰς τὸ codd. V. A. E. bene εἰς τόν.

n) Enarratis variis τῆς θεωρίας locis, pergit ad ea quae ἡ ὁρμὴ seu *appetitus* comprehendit.

o) ἀῤῥωστήματα recte codd. V. A. E. pro ἀροστήματα ap. Cant. quas Cicero vocat *aegrotationes*, nempe animi, *Tusc.* IV, 10. seu statum animi vitiosum ex affectuum imperio

δὲ περὶ τῆς πράξεως λόγου p), ὁ μὲν ἐστι περὶ τῶν οἰκειούντων πρός τινας πράξεις, ὁ δὲ περὶ τῶν ἀλλοτριούντων ἀπὰ τινῶν πράξεων, ὁ δὲ τῶν αἰτιῶν ἀποδυτικὸς τῶν ἐπιτελούντων τινὰς σχέσεις ἢ κινήσεις, ὁ δὲ περὶ τῆς ἀσκήσεως, ὁ δὲ περὶ τῆς ἰδίως καὶ ὁμονύμως τῷ γένει λεγομένης πράξεως. Καὶ ὁ μὲν πέρὶ τῶν οἰκειούντων πρός τινας πράξεις, διαιρεῖται εἴς τε τὸν ὑποθετικὸν καὶ τὸν προτρεπτικόν· ἔνιοι γὰρ καὶ τοῦτον ὑπὸ τήνδε τάττουσι. Ὁ δὲ περὶ τῶν ἀποτρεπόντων καλεῖται παραμυθητικὸς, ὃς καλούμενός ἐστι πρὸς ἐνίων παθολογικός· q) τοῦ δὲ περὶ τῆς ὁμωνύμως r) λεγομένης πράξεως καὶ ἰδικῆς, ὁ μέν ἐστι περὶ τῶν καθηκόντων, ὁ δὲ περὶ τῶν κατορθωμάτων. Ἐπεὶ δὲ τῶν καθηκόντων καὶ τῶν κατορθωμάτων τὰ μέν ἐστι καθ' ἑαυτὰ, τὰ δὲ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς πλησίον σχέσιν, συνέζη τόπος ὁ περὶ τῶν χαρίτων s) ἐκ τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς πλησίον σχέσιν ὑπάρχων. Πάλιν δ' ἐπεὶ t) τῶν καθηκόντων καὶ τῶν κατορθωμάτων ἃ μὲν λέγεται σύνθετα, ἃ δὲ ἀσύνθετα, συνέζη κατὰ τὰ u) σύνθετα ὁ περὶ βίων λόγος, οὗ μέρος ὢν ὁ περὶ γάμου v) κατ' ἰδίαν ἐτάχθη, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ

---

rio ortum. Stoicam haec originem redolent, nam Stoici in affectuum cum morbis comparatione inprimis sibi placebant, ut *infra* ex doctrinae eorum explicatione patebit.

p) Sequitur caput tertium περὶ πράξεος, cuius singula loca enumerat.

q) Post

corum alius de rebus ad actiones facientibus, alius de causis habituum aut motuum efficientibus, alius de exercitatione, alius de speciali actione, a generali nomine non distincta, disserit. Locus iterum de rebus ad actionem facientibus, in praecepta dividitur et adhortationem; posteaquam nonnulli hunc etiam huc referunt. Secundus, de rebus ab iisdem alienis, dissuadens, et secundum alios affectuum tractatio vocatur. Tertius de speciali actione vero vel de officiis, vel de recte factis agit; quae quoniam partim per se subsistunt, partim ad alios referuntur, ex his posterioribus gratiarum, (quibus apud alios floremus), locus promanavit. Cumque rursus officia et recte facta partim simplicia sint, partim composita; de prioribus locus de vitis, cuius pars est ille de nuptiis, existit, qui tamen propter quaestio-

---

q) Post παθολογικὸς commemoranda erat divisio locorum περὶ τῶν αἰτιῶν et περὶ τῆς ἀσκήσεως, siquidem plura utriusque capita fuerint. Videtur itaque aliquid hic periisse.

r) Ὁμωνύμως, sic rescribendum fuisse pro ὁμωνυμίας ap. Cant. patet ex praecedentibns; subintelligendum enim est τῷ γένει. Mox ante μὲν recte ὁ supplent codd. V. A.

s) περὶ τῶν χαρίτων, *de gratia qua apud alios floremus*; copiose hunc locum auctor tractat infra.

t) ἐπεὶ, sic sensu postulante rescripsi pro ἐπί.

u) τὰ ante σύνθετα bene supplent codd. V. A.

v) οὗ μέρος ὢν ὁ περὶ γάμου recte codd. V. A. pro ὧν ἐπὶ γάμου ap. Cant. qui iidem statim ἐτάχθη recte pro ἐτάχθην.

αὐτῇ ζητημάτων. Ὡς τ' εἶναι τοὺς πάντας τόπους κατὰ τὸν τῆς πράξεως τόπον x), παραμυθητικὸν, [παθολογικὸν.] περὶ ἀσκήσεως, περὶ καθηκόντων, περὶ κατορθωμάτων, περὶ χαρίτων, περὶ βίων, περὶ γάμου. Ὁ μὲν οὖν ἠθικὸς λόγος εἰς ταῦτα καὶ τοσαῦτα τέμνοιτ' ἂν y) ἀρκτέον δὲ τῶν προβλημάτων, προτάττοντα τὰ γένη κατὰ τὴν ἐμὴν φαινομένην διάταξιν, ἥντινα πείθομαι πρὸς τὸ σαφέστερον διηρῆκέναι.

Τέλος z) λέγεται πολλαχῶς· ὡς τὸ πέρας, ᾧ ἀντιδιαιρεῖται ἀρχὴ καὶ μέσον· καὶ ὡς τὸ τέλεσμα Φορικόν· ὡς τὸ ἀνάλωμα, καθ' ὃ λέγεται αὐτοτελής τις a) καὶ ἐυτελής· ὡς ὁ γάμος παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν, ἤτοι παρὰ τὸ συμπέρασμα τῆς νεότητος, ἢ διὰ τὸ τελειοῦν τὸν ἄνδρα τῇ πρὸς τὴν γυναῖκα συνόδῳ, καθ' ὃ τὴν γαμήλιον Ἥραν συζυγίαν καὶ τελείαν ἐπονομάζουσι· b) τέλος δὲ καὶ γνώ-

σεως

---

x) Mancam esse hanc locorum repetitionem quae ad πρᾶξιν pertinent, clarum erit si eam cum praecedentibus contuleris. Desideratur enim locus προτρεπτικός. Praeterea locus παθολογικὸς, cum idem sit ut supra dictum est cum παραμυθητικῷ, patet vocem παθολογικὸν, quam uncis inclusi, vel prorsus eiiciendam, vel legendum esse ἢ παθολογικόν, nisi potius, ut plena sit enumeratio, praeferas παραμυθητικὸν, προτρεπτικὸν, περὶ ἀσκήσεως &c.

y) Male subiungit hic Cant. μὲν, quod recte delent codd. V. A. E. nisi forte ex μέρη ortum sit, quod commode locum hic haberet.

z) Exposita divisione Ethices, pergit auctor ad singula loca, quibus omnis haec doctrina superstructa est, ita

ut

stionum multitudinem seperatim excutitur. Sunt itaque loca omnia quae ad illum de actione pertinent, (protrepticus), admonitivus seu pathologicus, de exercitatione, de officiis, de recte factis, de gratiis, de vitis, de nuptiis. Ac morum quidem scientia tot partes habet: deinceps autem quaestiones aggrediemur, iuxta ordinem, a nobis clarissime, ut putamus, propositum.

Τέλος multa significat; ut finem, cui respondent principium et medium; ut pensionem tributi; ut sumtum, quo pacto quis εὐτελὴς et ἀτελὴς dicitur; ut nuptias Dorice, vel quod iuventutem absolvant, vel quod virum cum muliere congressum perficiant, qua ratione pronubam Iunonem perfectam vocant; τέλος porro tribuitur et cognitioni et actioni et

---

ut primo agat *de fine*, (quo vix alium magis in antiquorum philosophorum disputationibus agitatum fuisse, notum est ex Ciceronis de finibus bonorum et malorum libris); postea autem *de bonis et malis*. Praeter Academicorum passim quoque aliorum placita affert, non enim haec amplius nec ex Philone nec ex Eudoro petita sunt. Enumerat autem primo varias vocis τέλος significationes grammaticas.

a) τὶς, sic sensu iubente edidi pro τε. — Mox ἤτοι bene codd. V. A E. pro ὅτοι.

b) Eadem habet *Pollux* II, 3., qui τέλειος inquit γάμος ἐλέγετο, ὡς τελειῶν πρὸς τὸν βίον τὸν ἄνθρωπον. Quare et Iupiter τέλειος, ut nuptiarum praeses, et Ἥρη τελεία.

σεως καὶ πράξεως, καὶ ποιήματος· καὶ τὸ ἀποβαῖνον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ· c)

Ἀχαλίνων στομάτων
Ἀνόμου τ' ἀφροσύνας
Τὸ τέλος δυστυχία.

Τέλη δὲ λέγονται καὶ αἱ τῶν πολιτικῶν ἀρχαὶ, τὰ τέλη Λακεδαιμονίων εἰ τύχοι. Παρὰ δ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ τῆς Ἰλιάδος δεκάτῳ· d)

Αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἵξον ἰόντες·

Τοῦτο δ' ἐξὶν ἔναρχον τάγμα. Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν ὁρικῶς e), τέλος ἐξὶν οὗ ἕνεκα πάντα πράττεται καθηκόντων, αὐτὸ δὲ πράττεται οὐδενὸς ἕνεκα. Κρατῖνος f), οὗ χάριν τ' ἄλλα, αὐτὸ δ' οὐδενὸς ἕνεκα. Καὶ πάλιν, ἐφ' ὃ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ πραττόμενα καθηκόντως τὴν ἀναφορὰν λαμβάνει, αὐτὸ δ' ἐπ' οὐδενός. Ὑπὸ δὲ τῶν νεωτέρων Περιπατητικῶν, τῶν ἀπὸ Κριτολάου ff), τὸ ἐκ πάντων τῶν ἀγαθῶν συμπεπληρωμένον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἐκ τῶν

---

c) ὡς παρ' Εὐριπίδῃ, sic bene codd. V. A. pro ὥσπερ Εὐρίπιδου ap. Cant. Sunt vero verba Euripidis desumta ex *Bacchis* v. 385. Reſcripſi inde ἀφροσύνας pro εὐφροσύνας ap. Cant. et ante τέλος addidi τὸ, in utroque ſimul ſecutus codd. V. A. auctoritatem.

d) Verſus *Homeri* exſtat *Il.* X, 470. Apud Cant. corrupte editum eſt, Αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν τέλος ἵξαν (pro quo codd. A. E. ἴδαν) ἰόντες. Codd. tamen V. A. recte ἀνδρῶν ſupplent.

e) Stoi-

et poëmati; designat porro eventum, ut apud Euripidem:

Spretrix legis iniquitas
Effraenisque loquacitas
In fines miseros ruunt.

Τέλη porro dicuntur magistratus, ut Lacedaemoniorum. Cum autem dicit Homerus Iliados decimo:

Αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἶξαν ἰόντες

cohortem militarem intellexit. Stoici porro finem definiunt: cuius causa rite fiunt omnia, cum ipse causam non habeat. Cratinus: cuius causa reliqua fiunt, ipsum autem nullius causa. Et iterum: ad quem omnia in vita referuntur, cum ipse ad nihil referatur. Recentiores autem Peripatetici, Critolai discipuli, quod ex omnibus bonis compleretur, posuerunt;

---

e) Stoicorum hanc τοῦ τέλους explicationem praeclare interpretatur *Lipsius Manud. St.* II, 13. — πάντα καθηκόντων pro πάντα καθήκοντα, *omnia quae nobis in officiis sunt*, nisi forte malis καθηκόντως, eodem sensu.

f) *Cratini* nomen inauditum prorsus est inter philosophos graecos, adeoque iure suspectum. Puto legendum pro eo esse Κράτης, vel Κράτητος altero casu; ut sit *Crates Cynicus*, cuius auditor fuerat Zeno. Alteram explicationem, quam ex eo affert noster, ipsis verbis expressit *Cicero de fin.* I. 9. *Extremum seu ultimum bonorum omnium philosophorum sententia tale esse debet, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam.*

ff) De *Critolao*, Aristonis discipulo cf. *Bruck.* I, p. 852 et *Fabric.* B. G. II, p. 294.

τῶν τριῶν γενῶν g), οὐκ ὀρθῶς. Οὐ γὰρ πάντα τἀγάθὰ h) μέρη γίνεται τοῦ τέλους· οὔτε γὰρ σωματικὰ, οὔτε τὰ ἀπὸ τῶν ἐκτός· τὰ δὲ τῆς ψυχικῆς ἀρετῆς ἐνεργήματα μόνης. Κρεῖττον οὖν ἦν εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ συμπληρούμενον, ἐνεργούμενον, ἵνα τὸ χρησικὸν τῆς ἀρετῆς ἐμφαίνηται. Τοῦτο δ' οἱ κατ' Ἐπίκουρον Φιλοσοφοῦντες οὐ προσδέχονται λέγειν ἐνεργούμενον, διὰ τὸ παθητικὸν ὑποτίθεσθαι τὸ τέλος, οὐ πρακτικόν i). Ἡδονὴ γὰρ, ὅθεν καὶ τὴν ἔννοιαν ἀποδιδοάσι τοῦ τέλους, τὸ οἰκείως διατιθέναι ἐξ ἑαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, χωρὶς τῆς ἐπ' ἄλλο τι ἀπάσης ἐπιβολῆς k). Τὸ μὲν οὖν ὄνομα τοῦ τέλους εὑρίσκεται καὶ παρ' Ὁμήρῳ· l)

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι.

Ἀλλ' οὗτος m) μὲν δημοτελὲς εἰσήγαγε τὸ τέλος, Πλάτων δὲ διέσιζε πρῶτος τὸ κατ' ἄνδρα καὶ βίον ἰδιάζον, ἔν τε τῷ Τιμαίῳ καὶ Πρωταγόρᾳ n), καί γε

---

g) Nempe quod bonum tria genera, animi, corporis, et externa comprehendat.

h) πάντα τ' ἀγαθὰ, i. e. non bona quae ad omnia genera, scil. ad corpus, et externa, sed tantum quae ad animam spectant.

i) Lectum fuisse olim proprium Epicuri περὶ τέλους librum, novimus ex *Diog. Laert.* X, 19. Voluptatem eum pro fine posuisse, copiose docet *Cicero de fin.* I, 11 &c. quam tamen non in iucunditate sensibus percepta, sed potius in privatione omnis doloris ponebat; unde eam *passivam*, non *activam* statuebat. Πρακτικὸν rescripsi pro πρακτέον. — Ad ἡδονὴ subintelligendum ἐστὶ vel λέγεται.

k) ἐπι-

runt; nempe ex tribus generibus bonorum; sed male. Siquidem non omnia bona finis partes sunt, ut nec corporis nec fortunae, sed solius virtutis functiones. Quocirca debuerant pro *Compleretur* dicere *Efficeretur*, ut virtutis usum ostenderent. Epicurei sane hoc *efficiens* non admittunt, quod in patiendo finem, non in agendo ponant. Voluptas enim, quam pro fine habent, commodum alicuius habitum erga se, absque omni alterius consideratione denotat. Ac vox quidem τέλος iterum apud Homerum exstat:

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι

verum hic quidem vulgarem finem tradidit. Plato autem primus eius differentiam pro vitae ac personarum genere in Timaeo et Protagora tradidit, nec non

---

k) ἐπιβολῆς, sic rescribendum duxi pro ἐπιβουλῆς. Est enim ἐπιβολὴ *conatus* ad aliquid efficiendum vel obtinendum, adeoque *vis activa*, quam a voluptate seu summo bono excludebat Epicurus. Insolita tantum videtur verborum iunctura ἐπιβολὴ ἐπὶ τί, cum alias sit ἐπιβολὴ τινός. Non tamen per se adversatur grammaticae rationi; ac difficultas eadem foret si retineas ἐπιβουλῆς, quod commodam explicationem non admittit.

l) Versus *Homeri* exstat *Od.* IX, 5. Cum supra iam semel laudata sit Homeri auctoritas, melius forte legas: καὶ πάλιν παρ' Ὁμήρῳ, *iterum exstat apud Homerum.*

m) Οὗτος *hic quidem*, sic recte codd. V. A. E. pro οὕτω ap. Cant.

n) Respicit ad ea quae *Plato* disputat in *Protagora Op.* I. p. 350. et in *Timaeo Op.* III. p. 64.

γε τὴν τοῦ σκοποῦ διαφορὰν πρὸς τὸ τέλος. Καὶ ἔστι σκοπὸς μὲν, τὸ προκείμενον εἰς τὸ τυχεῖν, οἷον ἀσπὶς o) τοξόταις· τέλος δὲ, τοῦ προκειμένου τεῦξις. Βούλονται γὰρ ἐνέργημα ἡμέτερον εἶναι πρὸς τὸ τέλος. Ὑποτελὲς p) δ' ἐστὶ τὸ πρῶτον οἰκεῖον τοῦ ζώου πάθος, ἀφ' οὗ κατήρξατο συναισθάνεσθαι τὸ ζῶον τῆς συστάσεως αὐτοῦ, οὔπω λογικὸν, ἀλλ' ἄλογον, κατὰ τοὺς φυσικοὺς καὶ σπερματικοὺς λόγους, ὥσπερ τὸ θρεπτικὸν, καὶ τὸ αἰσθητικὸν, καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον ῥίζης τόπον ἐπέχον, οὐδέπω φυτοῦ· γενόμενον γὰρ τὸ ζῶον ᾠκειώθη τινὶ πάντως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ἐστὶ ὑποτελὲς, κεῖται δ' ἔν τινι q) τῶν τριῶν· ἢ γὰρ ἐν ἡδονῇ, ἢ ἐν ἀοχλησίᾳ, ἢ ἐν τοῖς πρώτοις κατὰ φύσιν. Πρῶτα δ' ἐστὶ κατὰ φύσιν, περὶ μὲν τὸ σῶμα ἕξις, κίνησις, σχέσις, ἐνέργεια, δύναμις, ὄρεξις, ὑγεία, ἰσχὺς, εὐεξία r), εὐαισθησία, κάλλος, τάχος, ἀρτιότης, αἱ τῆς s) ζωτικῆς ἁρμονίας ποιότητες· περὶ δὲ ψυχὴν, εὐσυνεσία, εὐφυία t), φιλοπονία, ἐπιμονὴ, μνήμη, τὰ τού-

o) ἀσπὶς, *scutum*, pro meta propositum, recte codd. V. A. E. pro ἄπις ap. Cant.; qui iidem quoque προκειμένου bene servarunt pro παρακειμένου.

p) ὑποτελὲς, *id quod fini subiectum est*, seu quo ad finem consequendum a natura instructi sumus. Est enim finis secundum Stoicos naturae convenienter vivere; quare τὸ ὑποτελὲς est quod nos vocamus: *die sinnlichen Triebe*, quibus nempe ad conservationem naturae nostrae impellimur.

q) κεῖ-

non scopi et finis discrimen. Est enim scopus quidem, quod assequi cupimus, ut scutum sagittarii; finis autem ipsa propositi assecutio. Ad finem enim obsequendum nostram operam requirunt. Quod autem ὑποτελὲς dicitur, primum est proprium animalis pathos, quod una cum sensu accipit, nondum rationis compos factum, sed ea adhuc carens, secundum primas leges naturae suae; velut sese alendi et sentiendi facultas, et harum similes, radicum non ipsius plantae vicem obtinentes. Etenim simulatque productum est animal, alicui prorsus cognatum est, id quod ὑποτελὲς (subiectum finis) vocatur; inque horum trium aliquo positum est: voluptate, perturbationum vacuitate, vel in primis naturae. Sunt autem prima naturae in corpore quidem habitus, motus, functio, facultas, appetitus, sanitas, robur, sensuum vigor, pulchritudo, celeritas, membrorum integritas, harmoniae vitalis qualitates: circa animam vero, bonum ingenium, bona indoles, alacritas,

---

q) κεῖται δ' ἓν τινι sic recte V. A. E. pro καὶ δ' ἓν τινι ap. Cant.

r) εὐεξία, *bonus habitus*, supplent codd. V. A.

s) αἰ-τῆς sic recte V, pro αὐτῆς.

t) Pro εὐφυΐα codd. V. A. εὐποιΐα male! Confirmat lectionem nostram *Diog.* VII, 61. οἷον ἐπὶ μὲν τῶν ψυχικῶν, εὐφυΐαν, τέχνην &c. qui locus omnino cum nostro est conferendus. — Mox ἐπιμονὴ, *constantia*, recte iidem codd. pro ἐπιλωνῆ ap. Cant.

τούτοις παραπλήσια, ὧν οὐδέπω τεχνοειδὲς u) οὐδὲν, σύμφυτον δὲ μᾶλλον. Τὴν δ' ὑποτελίδα v) τῶν ἀρχαίων οὐδεὶς ὠνόμασεν, καίτοι τὸ πρᾶγμα γιγνωσκόντων, τὴν δ' εὐδαιμονίαν συνωνυμεῖν τῷ τέλει λέγουσι. Εὐδαιμονία δ' ἐστὶ τὸ ἄριστον ἐν τῷ βίῳ, ἢ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, ἢ τὸ κράτιστον. Ταῦτα γάρ ἐστι τῶν περὶ αὐτῆς ἐννοημάτων ἁπλούστερα. Κἂν λέγῃ δέ τις μακαριότητα καὶ τὸ μακαρίως ζῆν, εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμεῖται τοῖς τελικοῖς. Προσδιαιρετέον οὖν. Τῶν x) περὶ τέλους διαλεχθέντων οἱ μὲν ψυχικὸν εἶναι διενοήθησαν, οἱ δὲ σωματικὸν, οἱ δὲ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. Φράσω δὲ παραδείγματος χάριν· ὁ μὲν τοίνυν ἀρετὴν λέγων, [τουτέστιν ἐν ἀρετῇ κείμενον y),] ψυχικὸν ὑπείληφεν· ὁ δ' ἡδονὴν, σωματικόν· ὁ δὲ τὸ καλῶς z) καὶ ἡδέως ζῆν, κοινόν. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ κατ' ἄλλον τρόπον, οἱ μὲν λογικὸν, οἱ δ' ἄλογον, οἱ μὲν διανοητικὸν, οἱ δὲ παθητικόν. Πάντα δὲ τὴν ἐν τούτοις ὀνόμασιν ἔχοντα διαφορὰν, εἰς ταυτὸ συντρέχει. Ἐκ γὰρ σώματος καὶ ψυχῆς τοῦ

---

u) οὐδέπω τεχνοειδὲς, quae non arte sed natura comparantur, recte codd. V. A. E. pro οὐδέποτε χρησιδὲς ap. Cant.

v) τὴν δ' ὑποτελίδα, quod cum editis omnes tenent codd., ductum ex ὑποτελὴς, nonnulli ex Stoicis vocabant quod modo τὸ ὑποτελὲς dictum est; ut *Herillus*, teste *Diog. Laert.* VII, 3, 1. (quem iterum *Suidas* h. v. exscripsit): διαφέρειν δὲ τέλος καὶ ὑποτελίδα, τῆς μὲν γὰρ καὶ τοὺς

critas, firmitas, memoria, et his similia, quae omnia non arte sed natura potius parantur. Hoc sane subiectum antiquorum nullus nominavit, quamvis rem cognitam habuerint; felicitate autem idem quod finem valere volunt. Est autem felicitas optimum in vita, vel maximum et summum; ut simpliciſſime dicamus. Quod si quis tamen beatitudinem dicat; aut beatam vitam, eodem res recidet. Accuratius itaque dividendum erit. Qui de fine diſſeruerunt, alii in animo eum poſuerunt, alii in corpore; alii mixtum in utroque. Etenim qui exempli cauſa virtutem finem ducit, in animo ponit; qui voluptatem, in corpore; qui honeſtam et iucundam vitam, in utroque. Alii praeterea cum ratione coniunctum, alii rationis expertem finem ſtatuerunt; alii rurſum in intellectu, alii in ſenſu. Sed haec omnia, nominibus diſcrepantia, in re conveniunt. Cum enim

ani-

τοὺς μὴ σοφοὺς εὐχάζεσθαι, τοῦ δὲ μόνου τὸν σοφὸν. Sic v. c. bene valere et prudentes eſſe, volunt quoque ſtulti, quod utrumque pro bono vulgo habetur; ſed ipſum finem, convenienter naturae vivere, nolunt, quod ad illum obtinendum vera ſapientia opus ſit.

x) τῶν recte ſupplent codd. V. A. Apud Cant. locus prava praeterea diſtinctione turbatus eſt.

y) Verba τουτέστιν ἐν ἀρετῇ κείμενον gloſſema redolent ac nexum ſermonis turbant, quare uncis ea incluſi.

z) καλῶς recte codd. V. A. pro κάλλος, qui et ſtatim cum E. εἴποι δ' ἄν bene ſervarunt pro εἴη δ' ἄν.

τοῦ ἀνθρώπου συνεξώτος, ἀνάγκη καὶ a) τὴν εὐζωΐαν αὐτοῦ περὶ ταῦτα καὶ διὰ τούτων συνίστασθαι. Λέγωμεν b) οὖν περὶ τῶν πρώτων εὐθὺς ὁποῖοι ἦσαν, οἱ ἀπὸ τῶν ψυχικῶν ἀναγόμενοι. Ὅμηρος, δεδόσθω γὰρ τῇ ἀρχαιότητι προνομία, ψυχικὸν ἀπεφήνατο τὸ τῆς εὐδαιμονίας τέλος, καὶ ταῦτα διὰ τοῦ παρεισαγομένου c) προσώπου σοφωτάτου παρ' αὐτῷ. Πεποίηται γὰρ Ὀδυσσεὺς ἀναφωνῶν·

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη ἔχῃ κατὰ δήμον ἅπαντα.

Ἡ δ' εὐφροσύνη ψυχική τις ἐστὶ διάθεσις, ἣν ἂν τις ἐξηγήσαιτο καλὴν φρόνησιν, τοῦτο δ' ἂν ἐκδέξαιτο τὴν ἐπὶ τοῖς καλοῖς φρόνησιν d). Ὁμήρῳ μὲν ἀρκέσει προμετρηθὲν τὸ τῆς τιμῆς διὰ τὴν ἀρχαιότητα, ἐπὶ δὲ τοὺς φιλοσόφους ἰτέον.

Σωκράτης, Πλάτων, ταυτὰ τῷ Πυθαγόρᾳ, τέλος ὁμοίωσιν θεοῦ. Σαφέστερον δ' αὐτὸ διήρθρωσε Πλάτων, προσθεὶς τὸ κατὰ τὸ δυνατὸν, (φρονήσει δ' ἢν μόνως δυνατὸν), τοῦτο δ' ἦν τὸ κατ' ἀρετήν e).

Ἐν

---

a) ἀνάγκη καὶ bene codd. V. A. pro ἀνάγκη δὲ ap. Cant. qui et εὐζωΐαν recte exhibent pro εὐζονίαν in editis.

b) Λέγωμεν, *dicamus*, fic refinxi pro λέγομεν, fecutus cod. V. auctoritatem, qui λέγω μὲν habet.

c) παρεισαγομένου recte codd. V. A. E. pro παρεισαμένου in editis. Verba *Homeri* exftant *Od.* IX, 5. 6. Οὐ γὰρ bene codd. V. A. E. pro καὶ γὰρ ap. Cant.

d) Lo-

anima et corpore conſtet homo, in his et circa haec neceſſario ponenda eſt eius beatitudo. Quare de primis agamus ſtatim, quales fuerint, qui in animo poſuerint. Homerus, ut antiquitati praerogativam demus, in animo beatudinem poſuit; idque ſub perſona, quam introduxit, ſapientiſſima. Sic enim Ulyſſes fatur:

Nil tam dulce mihi, populi quam cernere coetum
Unanimem, placido teſtantem gaudia vultu.

Nam Euphroſyne, quae hic dicitur, habitus eſt animi, quem liceat καλὴν φρόνησιν interpretari, ſive rerum honeſtarum prudentiam. Atque Homero quidem hic propter antiquitatem primus habendus fuit honor; deinceps autem ad philoſophos pergemus.

Socrates, Plato, ſimiliter Pythagorae, finem dixerunt Dei ſimilitudinem. Verum id clarius expreſſit Plato, quatenus fieri poſſet, adiiciens; prudentia autem, ſive virtute ſola, id fieri poteſt. Ut enim

---

d) Locus in ed. Cant. mutilate ſic legitur: τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῖς καλοῖς φρόνησιν. Integrum eum ſervarunt codd. V. A. E. in quibus τοῦτο δ' ἂν ἐκδέξαιτο τὴν &c. Si quis habeat καλὴν φρόνησιν, ſequi inde, eum habiturum quoque eſſe φρόνησιν ἐπὶ τοῖς καλοῖς. Sunt autem τὰ καλὰ bona, quae ad animam tantum pertinent.

e) Corrupte haec ap Cant. ſic leguntur: Σωκράτης — Πυθαγόρα, τέλος ὁμοίωσιν θεῷ· σαφέστερον δ' αὐτὸς διήρθρωσε Πλάτων, προσθεὶς τὸ κατὰ τῶ δυνατὸν, φρονήσει δ' ἐξὶ μόνως δυνατὸν, τοῦτο δ' ἦν τὸ κατὰ ἀρετήν.

Ἐν μὲν γὰρ θεῷ τὸ κοσμοποιὸν καὶ κοσμοδιοικητικόν· ἐν δὲ τῷ σοφῷ βίου κατάστασις, καὶ ζωῆς διαγωγή· ὅπερ αἰνίζασθαι μὲν Ὅμηρον, εἰπόντα· f)

κατ' ἴχνια βαίνε θεοῖο·

Πυθαγόραν δὲ ἐπ' αὐτὸ εἰπεῖν· Ἕπου θεῷ· g) δῆλον ὡς οὐχ ὁρατῷ καὶ προηγουμένῳ, νοητῷ δὲ, καὶ τῇ κοσμικῇ ἐυταξίᾳ ἁρμονικῶς h). Εἴρηται δὲ παρὰ Πλάτωνι κατὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας τριμερὲς, ἐν Τιμαίῳ μὲν φυσικῶς, προσθήσω δὲ καὶ Πυθαγορικῶς, σημαίνοντος ἀφθόνως τὴν ἐκείνου προεπίνοιαν· i) ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ ἠθικῶς· ἐν δὲ τῷ Θεαιτήτῳ λογικῶς· περιπέφραχαι δὲ καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ νόμων k) ἐπὶ τῆς ἀκολουθίας τοῦ θεοῦ σαφῶς ἅμα καὶ πλουσίως. Τὸ δὲ γε πολύφωνον τοῦ

In quibus primum δ' αὐτὸ pro δ' αὐτὸς recte exhibent codd. V. A. Verba autem φρονήσει δ' ἐσὶ μόνως δυνατὸν, quae gloſſema fere redolent, omittunt codd. V. A. E. Facile tamen excidere poterant ob Homoioteleuton, cum δυνατὸν praecederet, ac ferri utique poſſunt, cum quatenus δυνατὸν ſit aſſimilari Deo, explicationem contineant. Caeterum nonnulla iam emendavit in h. l. *Wyttenbach. de S. N. V.* p. 27.

f) αἰνίζασθαι recte codd. V. A. E. pro ἐνίζασθαι in ed. Verba *Homeri*, de Ulyſſe loquentis, in Calypſus inſula, exſtant Od. E. 193.

g) Male edidit Cant. Πυθαγόρας ὑπ' αὐτὸν εἰπεῖν ἕπου θεῷ, pro quo codd. V. A. E. recte exhibent Πυθαγόρας δὲ et mox ἕπου. Pro ὑπ' αὐτὸν autem reſcripſi ἐπ' αὐτό, *de eadem re.*

h) τῇ

enim in Deo cernitur mundi creatio et conservatio, ita in sapiente vitae constitutio ac vivendi ratio; quod quidem Homerus indicavit, cum dixit

vestigia diva secutus.

Sic quoque Pythagoras dixit: sequere Deum; non tam oculis videndum videlicet, quam mente cernendum, et ex mundi harmonia intelligendum. Atque hoc a Platone iuxta tres philosophiae partes in Timaeo quidem physice, (addere vero liceat et Pythagorice, cuius placita ubivis protulit), in Republica autem ethice, in Theaeteto vero logice prolatum est. Quartus quoque de legibus Dei imitationem clare ac diserte explicat; et quamvis Plato in verbis variat, non

---

h) τῇ κοσμικῇ ἐυταξίᾳ ἁρμονικῶς, *ordini mundi a Deo constituto convenienter*, sensu iubente rescripsi pro: τῆς κοσμικῆς ἐυτάξιας ἁρμονικῶς, quod cum Cant. exhibent codd.

i) Verba σημαίνοντος ἀΦθόνως τὴν ἐκείνου προεπίνοιαν obscura sunt; nec sensum eorum satis assequor. Ad σημαίνοντος, si sanum est, subintelligendum foret τοῦ Πλάτωνος, *Platonem abunde in Timaeo indicasse* τὴν ἐκείνου nempe *Pythagorae* προεπίνοιαν. Sed quid sit προεπίνοια, verbum Lexicographis inauditum, merito dubitaveris. Positum esse deberet, si sanum est, omnino pro ἐπίνοιαν, *cogitationem*, *commentum* seu *placitum*. Attamen vel sic turbatum videri verborum ordinem, cum σημαίνοντος non satis concinne positum sit, facile apparet. In codd. tamen nihil praesidii.

k) Respicit ad ea quae praeclare *Plato de Leg.* l. IV Op. II, p. 716 disputat.

τοῦ Πλάτωνος [οὐ πολύδοξον *l*).] Εἴρηται δὲ καὶ τὰ περὶ τέλους αὐτῷ πολλαχῶς. Καὶ τὴν μὲν ποικιλίαν τῆς φράσεως ἔχει διὰ τὸ λόγιον καὶ μεγαλήγορον, εἰς δὲ ταυτὸ *m*) καὶ σύμφωνον τοῦ δόγματος συντελεῖ. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν. Τοῦτο δ' ἂν κτῆσις ἅμα καὶ χρῆσις τῆς τελείας ἀρετῆς. Ὅτι δὲ τέλος αὐτὴν ἡγεῖται, τέταχεν ἐν Τιμαίῳ κατ' οὔνομα· φράσω δὲ καὶ τ' ἀκροτελεύτιον τῆς περιοχῆς· ἔχει δ' οὕτως· *n*) ὁμοιώσαντα δὲ τέλος ἔχειν τοῦ προτεθέντος ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἀρίστου βίου, πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν μέλλοντα.

Ἀριστοτέλης *o*) χρῆσιν ἀρετῆς τελείας ἐν προηγουμένοις. Ἡ μὲν οὖν χρῆσίς ἐστι πλέον τῆς κτήσεως· ἐνέργειαν γὰρ εἶναι βούλεται τὴν εὐδαιμονίαν, ἡ τὸ τέλος ἡμέτερον. Ἡ δ' ἀρετὴ ἕξις ἡ βελτίστη ψυχῆς· τελεία δὲ τριχῶς, καὶ γὰρ σύνθετος ἐκ τῶν θεωρητικῶν καὶ πρακτικῶν καὶ ἠθικῶν· *p*) τρία γὰρ

---

l) Verba οὐ πολύδοξον, *in verbis tantum non in sententia variare Platonem*, male exciderunt et in editis et in codd. Supplenda tamen ea esse satis patet ex sequentibus, quare ea inserere non dubitavi.

m) Exstat in editis corrupte: εἴδεται αὐτὸ, pro quo codd. V. A. E. εἰ δὲ ταυτό. Sed legendum est: εἰς δὲ ταυτὸ, *ad idem redire; ac praecepto: secundum virturem vivendum esse, convenire varias formas dicendi quibus utitur.*

n) Verba *Platonis* leguntur in *Timaeo Op.* III, p. 90. corrupta vero sunt in ed. Stobaei. Nam ὁμοιώσαντα revocavi ex Platone pro ὁμοίως ἂν τὸ, et προτεθέντος pro προστεθέντος. Denique pro τὸν μέλλοντα, quod retinui, ed. Platonis habent τὸν ἔπειτα χρόνον, eodem sensu.

o) Ari-

non tamen ideo in ſententiis. De fine quoque multis locis agit. Ac varietatem quidem dictionis affert doctrina et ubertas ſermonis; ſenſus tamen idem eſt, et ad idem praeceptum omnia redeunt. Eſt vero illud: vivere ſecundum virtutem; ſive perfectae virtutis poſſeſſio ſimul et uſus. Hunc ſane finem ſe ſtatuere, nominatim in Timaeo confitetur in loco cuius ultima tantum verba afferam. Dicit itaque: per quam ſimilitudinem vitae, a Deo optime nobis propoſitae, et in praeſenti tempore et in futuro finem obtineamus.

Ariſtoteles uſum vitae perfectae in productis ponit. Atque uſus quidem plus poſſeſſione valet, quoniam functionem vult eſſe beatitudinem finemque nobis obtinendum. Virtus autem habitus eſt animi optimus; perfecta vero trifariam ſumitur, quandoquidem de theoreticis, practicis et ethicis componitur.

---

o) Ariſtotelica quae hic ſequuntur conveniunt quidem in univerſum cum iis quae philoſophus in libris Ethicis, qui nobis ſuperſunt, inprimis *de Morib.* I, c. 5 - 9, tradidit, ubi et finem hominis eſſe beatitudinem, hanc vero in virtute ſeu ἐν ἐνεργείᾳ κατ' ἀρετὴν poſitam eſſe, docet; attamen num inde deſumta ſint, cum nec omnia quae habet noſter, nec ipſis verbis ibi legantur, iure dubitaveris. Hauſta potius crediderim ex libro Stagiritae deperdito, (plures enim ex his Ioannem Stobaeum adhuc legiſſe, ſatis conſtat;) v. c. ex libris περὶ ἀρετῆς vel περὶ ἡδονῆς, quos *Diog.* V. 22 commemorat.

p) Locus hic paſſim erat corruptus. Legitur ap. Cant.

γὰρ ὑποτίθεται γένη, ἃ ἂν εἴποις ἀρετῆς κατὰ σύνθεσιν, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων δυνάμεων συμπεπληρωμένης q), φύσεως, λόγου, ἔθους. Ταύτῃ κατ' ἀριθμὸν ἐρεῖ τις r), ἢ καὶ κατὰ συμφωνίαν τοῦ λογικοῦ μέρους πρὸς τ' ἄλογον τῆς ψυχῆς, περὶ ὧν ὑποβὰς διαρθρώσω. Πολλαχῶς δ' ἔξεσι s) τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζεσθαι κατ' αὐτὸν, οἷον ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν τελείαν, ἐν βίῳ τελείῳ προηγουμένην· καὶ βίος καλὸς καὶ τέλειος προηγούμενος, καὶ τὸ πάντων σαφέσατον t), χρῆσις ἀρετῆς τελείας ἐν βίῳ τελείῳ προηγουμένως u). Βίῳ δὲ v) τελείῳ λέγει

Ἀριστοτέλης, χρῆσις (pro quo edidi χρῆσιν ex cod. A.) ἀρετῆς τελ. ἐν προηγ. Ἡ μὲν οὖν χρῆσις ὅτι (pro quo edidi ἐσὶ) πλέον τ. κτήσεως. Ἐνέργειαν γ. εἶναι βούλεται (τὴν suppleni codd. V. A. E.) εὐδαιμονίαν, καὶ (pro quo rescripsi ἡ) τὸ τέλος ἡμετέραν (pro ἡμέτερον). Ἡ δ' ἀρετὴ — ψυχῆς. Τελείαν (pro quo τελεία bene codd. V. A. E.) δὲ τριχῶς. Καὶ γὰρ ἡ συνθετὸς (delevi ἡ quod sensum turbat) ἐκ τῶν θεωρητικῶν — ἠθικῶν.

q) ἀρετῆς — ἐκ τῶν οἰκείων δυνάμεων συμπεπληρωμένης sic recte codd. V. A. pro ἐκ τῶν ὁμοίων δυν. συμπεπλιρουμένης. Pro ἀρετῆς Cant. habet ἀρετὴν, quod male quoque exhibent codd. Iungendum enim est ἀρετῆς — συμπεπληρωμένης, *virtutis quae tribus illis completur*, i. e. *perfecta redditur*. — Ceterum videndus est de hisce *Aristot. de Mor.* I, 13. etsi quae ibi disputat cum iis quae sp. Stob. legimus, non prorsus conveniunt. Ponit enim Stagirites ibi *duo*, non tria, *genera virtutis*, nempe τὴν ἀρετὴν διανοητικὴν et ἠθικήν. Nostra divisio unde hausta sit, non constat; in libris enim Stagiritae, qui supersunt, non legitur.

r) Edidit Cant. ταύτην κατ' ἀριθμὸν ἐρεῖ τις καὶ ἡ κατὰ

nitur. Haec enim tria genera virtutem, ut compositam, ac effectibus suis completam, constituunt, natura, ratio et mos. Sic itaque pro partium numero. Aliter vero quoque virtus definitur concentus ratione praeditae partis animae cum rationis experte; de quibus post agemus. Multis autem modis felicitatem secundum eum definire licet; ut functionem virtutis perfectae in vita perfecta cum successu; ut vitam honestam et perfectam succedentem; ut, quod omnium est apertissimum, usum virtutis perfectae, in vita perfecta cum successu. Siquidem ad discrimen usus bonorum

---

κατὰ συμφωνίαν &c. quae et codd. Pro ταύτην referibendum duxi ταύτῃ, *hoc modo, sic, perfectam dixeris virtutem* κατ' ἀριθμὸν, nempe τῶν μερῶν, *partium quibus completur*. Tunc pro καὶ ἡ legendum: ἢ καὶ, *sive quoque* &c.

s) δ' ἕξεσι recte codd. V. A. pro ἕξεσι. Mox post ἄυτὸν sensu postulante supplevi οἷον.

r) Quae hic *felicitatis* explicatio Aristoteli tribuitur, apud *Diog. Laert.* V, I, 30. de *fine* legitur: τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ, quod tamen ad idem redit, cum apud Aristotelem felicitas pro ipso fine ponatur; cf. *Ethic.* I, c. 10. τὴν εὐδαιμονίαν δὲ τέλος καὶ τέλειον τίθεμεν πάντως, unde quoque paulo ante: τί οὖν, inquit, κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα?

u) Videndus est de hisce *Aristot.* II cc. qui in eo quidem consentit cum nostro ut *tria*, nempe χρῆσιν ἀρετῆς, et porro quidem ἀρετῆς τελείας, utrumque denique ἐν βίῳ τελείῳ ad beatitudinem requirat; non tamen quartum, nempe τὸ προηγουμένως, quod potius Stoicorum doctrinam sapit. Sunt apud Stoicos, ut infra docebitur, τὰ προηγούμενα, vel *producta*, ut vocat Cicero, quae ex eo-

γει πρὸς τὴν διάϛασιν τῆς χρήσεως τῶν ἀγαθῶν· x) προηγουμένην δὲ, χάριν τοῦ τὴν χρῆσιν ἐν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, μὴ ἐν κακοῖς y). Τοῦτο μὲν οὖν τέλος. Τὸ δ' αὐτὸ συνωνύμως εὐδαιμονία παρὰ Πλάτωνος μετηγμένον z). Σκοποὺς δ' ὑποτίθεται a) τῆς ἐφέσεως τῶν ἀνθρωπίνων ὀρέξεων τρεῖς, τὸν τοῦ καλοῦ, τοῦ συμφέροντος, τοῦ ἡδέος. Καλὸν b) μὲν οὖν ἐϛιν ἀρετὴ, καὶ τὸ μέτοχον τῆς ἀρετῆς, ὥϛπερ αὐτὸς ὁ ϛπουδαῖος, καὶ τὸ ἀπ' ἀρετῆς ἔργον, ὥς τ' ἀγαθὸν τὸ καλὸν· καὶ τὸ ἐπαινετὸν, καὶ τὸ παρέχον ἐπαινετούς· bb) συμφέρον δὲ, τὸ πρὸς τὸ ζῆν

---

rum praeceptis non quidem vera bona ſunt, veruntamen dignitatem quandam habent; i. e. quae apud reliquos bona corporis et externa vocantur. Eadem hic quoque intelligenda eſſe patet interpretatione mox ſubiuncta: προηγουμένην δὲ, χάριν τοῦ τὴν χρῆσιν ἐν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, μὴ ἐν κακοῖς. Ariſtoteles vero et Peripatetici bona corporis et externa utique pro bonis ponebant, nec ſine iis perfectam felicitatem exiſtere, recte dicebant. Quare niſi forte in libro aliquo deperdito Stagirita deſcriptionem ſuam felicitatis vocis huius uſu arctius adhuc circumſcripſerit, alienum hic potius et praepoſtere a Stobaeo intruſum videtur. Ceterum pro προηγουμένοις ap. Cant. in codd. V. A. legitur προηγουμένην, in E. προηγούμενος, quae omnia nihil habent a quo pendeant. Legendum, duco vel προηγουμένως, vel προηγουμένη, ut ad χρῆσις referatur.

v) Si δὲ ſanum eſt, ſuſpicari poſſis, pauca hic excidiſſe, quae explicationem τῆς χρήσεως τῆς ἀρετῆς continebant. Alias pro δὲ legendum erit μέν.

x) Quid ſibi velit haec explicatio βίου τελείου non ſatis patet. Ariſtoteles ad beatitudinem ἀρετὴν τελείαν requi-

norum vita perfecta ponitur; successus autem, quoniam usus in bonis non in modis cernitur. Atque hic quidem finis est; idem autem Platonico vocabulo felicitas dicitur. Iam scopos humanae cupiditatis tres ponit; honestum, utile, et iucundum. Honestum quidem virtus, et quod est cum virtute, ut vir bonus, ut recte factum; quare et laudabile, et quod

---

requirit ἐν βίῳ τελείῳ, quod felicitas per *totam* vitam durare debeat, ut vere felicem aliquem praedicare possis. cf. *de Morib.* I, 10 s. f. Hic βίος τελείος non ad durationem felicitatis in vita refertur, sed potius ad modum quo quis bonis in vita utatur; quod cum vel recte vel male fieri possit, illi demum qui recte in eo versatur βίος τελείος tribuitur.

y) Corruptissime habet Cant. παρηγουμένην δὲ χάριν παντα χρῆσιν ταν τοῖς χρῆσιν ἐν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, μὴ ἐν κακοῖς. Codd. V. A. E. melius προηγουμένην δὲ χάριν ταύτην χρῆσιν ἐν ἀγαθοῖς &c. Sana haec erunt, si modo pro ταύτην leges τοῦ τήν. Nempe προηγουμένην τὴν χρῆσιν dici χάριν τοῦ, *eam ob causam, quod in bonis* (i. e. in usu bonorum externorum et corporis) *fiat.* cf. *Not.* u.

z) Disputat de his Plato in *Euthydemo* Op. I, p. 288.

a) Aristoteles nempe. Videndus est de his in libro *de Rhetor.* I. — ἐΦέσεως sic recte codd. V. A. E. pro φύσεως ap. Cant. Est enim ἔΦεσις *excitatio appetitus, et initium actionis ad eum sedandum.*

b) De *honesto* agit Stagirites de *Rhet.* I, 9. τῆς ante ἀρετῆς, (quod tamen haud aegre desideraveris), supplent codd. V. A. E. De *utili* et *iucundo* videndus est *l. c. cap.* 11.

bb) Habent Cant. et codd. καθ' ὃ ἐπαινετὸν, καὶ τὸ παρέχειν ἐπαινετοὺς, nullo commodo sensu. Rescripsi καὶ τὸ ἐπαινετὸν, secutus ipsum *Aristotel. Rhet.* I, 6 ubi

ζῆν εὐχρηστον· συμπαρατείνοι δ' ἂν ἡ ἔννοια καὶ πρὸς τὸ εὖ ζῆν c). Τάδ' ἐστὶ τὰ κατὰ φύσιν ψυχῆς καὶ σώματος, περὶ ὧν προείρηται. Ἡδὺ δ' ἐστὶν οἰκεῖον ψυχῆς καὶ σώματος πάθος, εἰς τὸ cc) κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν ἀγωγὸν, ὥσπερ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ ὥρισατο. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νικομαχικῶν Εὔδοξον τὸν ἀστρολόγον οἴεται τέλος δογματίζειν τὴν ἡδονήν d). Δημόκριτος e) καὶ Πλάτων κοινῶς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται.

Γέγρα-

τὸ ἐπαινετὸν expresse bonis annumerat; et tunc: καὶ τὸ παρέχον ἐπαινετούς, nam si bonum est laudem conciliant, bona quoque esse debent, quae laudem conciliant.

c. Habent Cant. et codd. συμπαρατείνοι δ' ἂν ἡ ἔννοια καὶ πρὸς τὸ εὖ ζῆν, nullo sensu. Pro ἔννοια rescripsi ἔννοια, *sententiam philosophi ita amplificandam esse, ut non modo quod ad vivendum, sed et quod ad bene vivendum opus sit, utile dicat.*

cc) εἰς τὸ recte codd. V. A. E. pro εἰς τόν. Locus Platonis ad quam respicit exstat in *Timaeo* Op. III, p. 64. Τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον ἀθρόον παρ' ἡμῖν πάθος, ἀλγεινόν· τὸ δ' εἰς φύσιν ἅπιὸν πάλιν ἀθρόον, ἡδύ· τὸ δ' ἐναντίον τούτοις ἐναντίον.

d) Verba Ἀριστοτέλης — ἡδονὴν, quae desunt ap. Cant. supplevi ex codd. V. A. E. Disputat de hoc Eudoxi placito *Aristoteles Ethica* l. X, cap. 2.

e) Corruptissime quae sequuntur sic leguntur ap. Cant. Δημόκριτος καὶ Πλάτων κενὸς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται· γέγραφε δ' ὁ μὲν οὕτως, Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη, οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχῇ οἰκητήριον δαίμονος. Pro κενὸς recte codd. V. A. E. κοινῶς. Petita sunt haec Democritea procul dubio ex opere eius, κέρας ἀμαλθείας seu ὑπομνήματα ἠθικὰ secundum *Diog.* IX, 7. inscripto, in quo de omnibus iis quae ad felicitatem pertinent praeclare disputaverat.

Duo

quod laude dignos reddit. Utile autem est, quod ad vitam conducit, quo simul indicatur, quod ad bene vivendum; ut sunt animi corporisque bona, de quibus antea diximus. Iucundum vero est animi et corporis naturalis affectio, ad naturam a naturae contrario tendens, quemadmodum in Timaeo definivit Plato. Aristoteles in decimo librorum ad Nicomachum, Eudoxum astrologum auctor est voluptatem pro fine habuisse. Democritus et Plato communiter in animo felicitatem ponunt. Et ille quidem sic

---

Duo alia fragmenta ex eo servavit *Stob. Floril. Sermo:* CI *de felicitate.* Divisum illud fuisse docet *Fabric.* B. G. I, p. 804. in 9 libros, qui singuli suum quique titulum habebant, argumento respondentem, quo singularis quaedam dignitas summi boni describeretur, ut εὐθυμίη, ἀταραξίη, ἀθαμβίη, ultimus autem ἐυεσώ. His praemissis lectionis a me constitutae ratio reddenda erit. Suspecta iam merito sunt prima verba: ἐυδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασι οἰκεῖν. Etsi enim recte dicitur ἐυδαιμονίην οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖν, vix tamen apparet quomodo philosophus addere potuerit κακοδαιμονίην ibi habitare. Plane autem adversantur, quae sequuntur, cum δαίμονος singulari numero ponatur, quod ad ἐυδαιμονίην tantum trahi potest. Accedit lectio codd. V. A. qui utrique habent: ἐυδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη ἐυδαιμονίη οὐκ &c. Recte vestigiis hisce insistens, refinxisse mihi videor: γέγραφε — οὕτως ἐν τῷ περὶ ἐυδαιμονίης ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίης· Ἐυδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκέει &c. *Democritus in libro de felicitate et infelicitate: Felicitas* &c. ita nempe ut unus ex ὑπομνημάτων libris sic inscriptus fuerit. Οἰκέει pro οἰκεῖ flagitat dialectus Ionica. Mox ψυχὴ οἰκητήριον δαίμονος, *anima habitaculum numinis*, (felicitatis nempe), recte habent codd. V. A. E.

Γέγραφε δ' ὁ μὲν οὕτως ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίης ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίης· Εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκέει, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος· τὴν καὶ f) εὐθυμίαν, καὶ εὐεσῶ, καὶ ἁρμονίαν, συμμετρίαν τε καὶ ἀταραξίαν καλεῖ· συνίστασθαι δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ διορισμοῦ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ἡδονῶν· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ κάλλιστον καὶ συμφορώτατον ἀνθρώποις. Ὁ δὲ Πλάτων τῷ Δημοκρίτῳ κατὰ ταυτὸ συναΐδων, γράφει· g) περὶ τοῦ κυριωτάτου τοῦ ἐν ἡμῖν δεῖν ὑπολαβεῖν ὡς ἀρ' αὐτὸ δαίμονα ἡμῖν δέδωκεν [ὁ θεὸς], ὅθεν καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εὐδαίμον· λέγει δὲ τοῦτ' ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς ἕξιν τινὰ ποιὰν καὶ διάθεσιν· τούτου δὲ τἀγαθοῦ τὰ μὲν πάθη κατάρχειν, ὅρον δὲ καὶ πέρας εἶναι τὸν λογισ-

---

f) τὴν καὶ sensu iubente edidi pro τὴν δέ. Ponebat Democritus summum bonum in animi tranquillitate, quae tantum sapientis est. *Cic. de fin.* V, 8. *Democriti autem securitas, quae est animi tamquam tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν — ea ipsa est beata vita.* Variis autem nominibus eum hanc insigniviſſe, teſtis eſt *Diog.* VII, 9, 12. Τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. Καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεσῶ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς ὀνόμασι, quae Stobaeus enumerat. Εὐεσῶ eſt *ſtabilitas* i. e. firmitas adeoque ἀταραξία animae; caetera per ſe clara ſunt. Addit noſter, felicitatem hanc ſecundum Democritum in *delectu voluptatum* poſitam fuiſſe; nempe ut veras voluptates a falſis diſcernamus. Patet inde quomodo nonnulli, quod docet *Diog.* l. c. opinari potue-

sic scribit in libro de animae felicitate et infelicitate: Beatitudo non in gregibus habitat et auro; anima est domicilium numinis; quam et animi tranquillitatem, et εὐεσχὼ, harmoniam, symmetriam, et perturbationum vacuitatem nominat. Nasci autem eam ait, ex voluptatum discrimine ac distinctione, quod homini praestantissimum sit et utilissimum. Plato autem in hoc consentiens cum Democrito, de principio imperante in nobis, scribit, putandum esse, deum nobis illud pro daemone dedisse; quare quoque in eo τὸ εὐδαῖμον, nempe in ea parte animae quae imperat, habitum hoc quendam et affectionem vocat, cuius initium quidem ab affectibus sumatur, finem autem te-

---

potuerint, Democritum omnino felicitatem posuisse in voluptate. Ceterum confirmant haec, quae ex eodem hoc opere servavit *Stob. Floril. Sermo* CI. Εὐτυχὴς ὁ ἐπὶ μετρίοισι χρήμασιν εὐθυμεόμενος· δυσυχὴς δὲ, ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος, et qui hunc mox excipit prolixior locus.

g) Platonica, quae hic sequuntur, valde turbata sunt ap. Cant. Locum Platonis quem ante oculos habuit statim infra laudat auctor; non sine magnis argutiis tamen ea inde elici posse, quae sibi in eo reperire visus est noster, facile intelliges. — Τὸ κυριώτατον idem esse debet quod alias apud Plat. est τὸ ἡγεμονικόν. Ante ἐν recte codd. V. A. E. supplent τοῦ. — Si δαίμονα sanum est, post δέδωκεν supplendum erit ὁ θεὸς, quod ob sequens ὅθεν facile excidere potuit, hoc sensu: *Deum dedisse nobis mentem ut daemona.* Argutatur vero in nomine dum addit ideo quoque in mente positum esse τὸ εὐδαῖμον, nempe quod Plato finem in liberatione mentis a vinculis sentuum poneret.

λογισμόν. Ἀκούειν γοῦν πάρεσι· *h*) Δύο γὰρ αὗται φύσει πηγαὶ μεθεῖνται ῥεῖν, ἡδονὴ καὶ λύπη, ὧν ὁ μὲν εὖ ἀρυττόμενος, εὐδαιμονεῖ, ὁ δὲ μή, τουναντίον. Ἐν μὲν τοίνυν τῷ τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν λύπην ὀνομάσαι, τὴν *i*) ἀπὸ τῶν παθῶν συνίσησι τῆς εὐδαιμονίας ἀρχήν· ἐν δὲ τῷ τὸν ἀρυττόμενον ὅθεν τε δεῖ, καὶ ὅπη, καὶ ὅπως, εὐδαιμονεῖν, τὸ τῷ λογικῷ διοριστικὸν εἴρηκε τῆς εὐδαιμονίας. Κατὰ τοῦτο μὲν οὖν ἀλλήλοις συμφέρονται· καθὰ δὲ Πλάτων μὲν *k*) ἐν τῇ εὐλογιστίᾳ τίθεται τὸ προηγούμενον ἀγαθὸν, καὶ δι' αὐτὸ αἱρετὸν, ἐν δὲ τῇ ἡδονῇ τὸ ἐπιγεννηματικὸν, ὅπερ οἴεται καὐτὸς εἶναι χαρὰν τε καὶ ἀταραξίαν συνωνύμως, ἐξ ἐπακολουθήματος [διαφέρουσι.] *l*)

Ἀγαθόν *m*) ἐστιν ἀφ' οὗ συμβαίνει τὸ ὠφελεῖσθαι· *n*) καὶ οὗ πάντ' ἐφίεται τὰ λόγον ἔχοντα προηγου-

---

h) Verba *Platonis* exstant *de leg.* I. *Op.* II, p. 636. Corruptissime habet Cant. δύο γὰρ αὗται φύσει πηγαὶ μεθεῖντ' αἱρεῖν, ἡδονὴ καὶ λύπη, ὧν ὁ μὲν ἀρυτοδαίμονι, ὁ δὲ μὴ τουναντίον. Emendavi ea ex Platone; sed ipsum Platonem Stobaeus magis quoad sensum quam quoad verba exscripsisse videtur. Legitur in Platone: δύο γὰρ αὗται (nempe ἥ τε λύπη καὶ ἡ ἡδονὴ) πηγαὶ μεθεῖνται φύσει ῥεῖν· ὧν ὁ μὲν ἀρυττόμενος ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπότε καὶ ὁπόσον, εὐδαιμονεῖ· καὶ πόλις ὁμοίως καὶ ἰδιώτης, καὶ ζῶον ἅπαν· ὁ δ' ἀνεπιστημόνως ἅμα καὶ ἐκτὸς τῶν καιρῶν, τἀναντία ἂν ἐκείνῳ ζώῃ. Pro *Φύσει* male Cant. in marg. emendavit *Φησί*. — μεθεῖνται ῥεῖν res ipsa postulat pro μεθεῖντ' αἱρεῖν. — In proximis manum scriptoris mihi assecutus videor,

teneat ratiocinatio. Habes enim hic verba: duos, ait, fontes fluere, voluptatem et dolorem, de quibus, qui recte hauriat, beatum, qui minus, miserum fore. Itaque cum voluptatem ac dolorem posuit, ab affectibus initium beatitudinis duxit; cum eum qui unde, et quando et quomodo fas sit, hauriat, beatum dixit, rationis discrimen adiunxit. Et in hoc quidem inter se consentiunt; quatenus autem Plato in rationis praestantia ponit bonum antecedens, et per se eligendum, in voluptate autem consequens, quod ipse quoque gaudium et perturbationum vacuitatem vocat, necessario discrepant.

Bonum est, quod prodest; et quod omnia ratione praedita appetunt; et quod vel secundum naturam

---

deor, pro ὁ μὲν ἀρυτοδαιμονὶ rescribendo: ὁ μὲν εὖ ἀρυττόμενος εὐδαιμονεῖ. Patet enim ex proxime sequentibus: ὁ δὲ μὴ, τουναντίον, Stobaeum non integra verba Platonis sed sensum tantum reddere voluisse.

i) τὴν pro τῶν recte codd. V. A. Mox pro ἀρυττόμενον iterum corrupte legitur ἀρυτοδαίμονα.

k) μὲν supplent codd. V. A.

l) Supplevi διαφέρουσι, Plato nempe et Democritus, quod res ipsa postulat.

m) Praemittitur hic ap. Cant. nova inscriptio περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, de quibus post disputationem de fine iam agit Stob. In codd. tamen ea margini tantum adscripta legitur, unde in ipsum contextum irrepsisse videtur.

n) Quae hic sequuntur *boni* descriptiones ex Stoicorum maxime scriptis petita sunt. cf. *Lipsi. in manud. Stoi-*

ca

ηγουμένως· καὶ ὃ ἤτοι κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἢ ποιητικὸν τοῦ κατὰ φύσιν· καὶ τὸ ὀρεκτικὸν κατὰ φύσιν· καὶ τὸ κινητικὸν τῆς κατὰ φύσιν ἐχούσης ὀρέξεως, καὶ καθ' ὃ ἕκαστον ἔυ ἔχει ὅσον ἐπὶ τῇ ἐκείνου παρουσίᾳ, ἢ ποιητικόν ἐστι τοῦ τοιούτου· καὶ ὃ ἤτοι δι' αὐτό ἐστιν αἱρετὸν, ἢ ποιητικὸν τοῦ αἱρετοῦ· καὶ ὃ ἤτοι εὐδαιμονία ἐστὶν, ἢ συμβαλλόμενον πρὸς εὐδαιμονίαν· o) καὶ καθάπερ Στράτων p), τὸ τελειοῦν τὴν δύναμιν, δι' ἧς τῆς ἐνεργείας τυγχάνομεν. Καὶ τὸ σωστικὸν τῆς ἑκάστου οὐσίας, καθὸ κρατήσει τῶν μερῶν q) τὰ μετέχοντα τῆς τοιαύτης δυνάμεως, καὶ πολλαχῶς ἄλλως. Πλάτων δὲ τοιαύτῃ r) χρῆται διαιρέσει, θήσω δὲ κατὰ λέξιν ἐκ τοῦ πρώτου τῶν νόμων, καὶ διὰ τὸ κάλλος τῆς φράσεως, καὶ διὰ τὴν σαφήνειαν. s) Διττὰ t) δ' ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα,

---

ca Op. IV, p. 484. Conferendae tamen sunt cum iis explicationes quas *Aristotel. Rhet.* I, 6. exhibet.

o) Male Cant. καὶ ὃ ἢ τι δι' αὐτὸ ἐστι αἱρετὸν, καὶ ποιητικὸν τ. αἱρ. ἢ ὃ ἤ τι εὐδ. ἐστιν, ὃ συμβ. προς εὐνομίαν· Pro ἢ τι codd V. A. bis recte ἤτοι. Pro καὶ sensus postulat ἤ. Denique pro ὃ — εὐμονίαν codd. V. A. E. recte ἢ — εὐδαιμονίαν.

p) *Strato* Lampsacenus, Peripateticus, teste *Diog.* V, 3. integrum opus conscripserat, περὶ ταγαθοῦ, tribus libris constans, ex quo haec procul dubio petita sunt. Ceterum nomen et verba philosophi corrupta sunt ap. Cant. ubi: καὶ καθάπερ Στράτωρ, τὸ τέλει, οὐ τὴν δύναμιν, δι' ἧς εὐλογείας τυγχάνομεν. Sed veras lectiones, nempe Στράτων pro Στράτωρ, τὸ τελειοῦν pro τὸ τέλειον, et ἐνέργειαν pro εὐλογείαν servarunt codd. V. A. E.

q) Le-

turam est, vel eius efficiens; et quod expetitur secundum naturam; et quod naturale desiderium movet; et quo praesente eatenus quidquid recte se habet, vel quod tale quid efficit; et quod vel per se est expetendum, vel eius efficiens; et quod vel beatitudo est, vel ad eam conducit; et, ut ait Strato, quod perficit facultatem, qua effectum obtinemus; et quod naturam cuiusque conservat, et quatenus quidquid eius particeps est, integrum partibus suis manet; et multa alia. Plato autem hac divisione utitur, quam ad verbum ex primo de legibus desumam, tum ob elegantiam loci, tum ob claritatem. Duplicia vero bona sunt, alia humana, divina alia; pen-

---

q) Legitur ap. Cant. καθορᾶσθήσεται τῶν μερῶν, in quo corruptelam latere, qua sensus prorsus turbatur, nemo non videt. Sed quid rescribendum sit haud facile dixeris, cum nec codd. meliora offerant, nec Stratonis definitio ab aliò servata sit. Legendum duco: καθὸ κρατήσει τ. μ. Vult Strato bonum esse, quo natura cuiusque conservatur, sive ut *Aristotel.* l c. vocat, τὸ αὐταρκές. Iam hoc ita describit: quo quae tali facultate praedita sunt, (τὰ μετέχοντα τῆς τοιαύτης δυνάμεως,) partes sibi subiectas continent, (κρατήσει τῶν μερῶν,) adeoque integra manent. Eadem haec explicat *Cic. de Fin.* V, 10-12.

r) τοιαύτη, recte codd. V. A. E. pro τῇ αὐτῇ ap. Cant.

s) Verba Platonis quae sequuntur exstant *de leg.* I. Op. II, p 631. In ed. Cant. tamen magna hic est lacuna. Non enim modo ex loco Platonis prima tantum verba leguntur; sed desunt quoque quae sequuntur: Πλάτων πολύφωνος ὢν &c. usque ad: μεταλήψει δὲ τῆς ἡλιακῆς αὐ-

πινα, τὰ δὲ θεῖα, ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα, καὶ ἐὰν δέχηταί τις τὰ μείζονα, παρίσασθαι καὶ τὰ ἐλάττονα, εἰ δὲ μή, σέρεται ἀμφοῖν. Ἔστι δὲ ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγίεια· κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχύς, εἴς τε δρόμον καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι, τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἅνπερ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. Τὸ δὴ πρῶτον ἂν τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθὸν ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κρατένθων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη, τέταρτον ἀνδρεία. Ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει, καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτως. Ἔτι καὶ τοῦτον ἐνδιαξέλλομαι υ) τὸν τρόπον· Πλάτων πολύφωνος ὢν, οὐχ ὥς τινες οἴονται πολύδοξος υ), πολλαχῶς διήρηται τ' ἀγαθόν. Διχῶς μὲν τῷ γένει· τῶν ἀγαθῶν· τὰ μὲν θεῖα, τὰ δ' ἀνθρώπινα. Θεῖα μὲν τὰς περὶ τὴν ψυχὴν ἀρετὰς

ἀυγῆς φωτίζεται. Supplent haec codd. V. A. E. ex quibus ea revocavi.

ε) In verbis Platonis nonnulla est lectionis varietas. Pro διττὰ, ap. Plat. διπλᾶ. — ἤρτηται recte cum Plat. habent codd. V. A. pro εἴρηται in Cant. In proximis vera, ni fallor, lectio in Stob. servata est. Legitur ap. Plat. καὶ ἐὰν μὲν δέχηταί τις τὰ μείζονα πόλις, ἀτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα. Pro quo codd. Stob. καὶ — τὰ μείζονα, παρίσασθαι καὶ τὰ ἐλάττονα. Locutus erat antea Plato de Cretensium republica; adeoque πόλις ferri quidem potest; etsi

pendent autem a divinis humana; si quis vero maiora susceperit, minora quoque possidet, sin autem illis caret, utrisque privatur. Minorum primum est sanitas; forma secundum; tertium vires, ad cursum ceterosque corporis motus; quartum divitiae, quae caecae non sunt, sed acute cernunt si prudentiam sequantur. Quae quidem prudentia divinorum bonorum dux exsistit; deinde post mentem temperatus animae habitus. Ex his duobus, cum fortitudine mixtis, iustitia tertio emergit; fortitudo quartum tenet locum. Quae omnia humanis illis natura praeponuntur; quare oportet ut legum lator hunc quoque ordinem sequatur. Praeterea hoc quoque monendum duco. Plato, qui verbis quidem, non tamen sententiis, ut nonnulli credunt, differt, variis modis distinxit bonum. Duplex quidem genus bonorum, alterum divinorum, alterum humanorum.

Divi-

---

etsi alienum videtur virtutes civitatibus tribui, cum singulorum potius hominum sint. Quare iudicent alii, annon pro πόλις ητᾶται melius habeat Stob παρίστασθαι, (modo legas παρίσαται, quod nexus sermonis postulat;) *qui maiora habet, ei adsunt quoque minora.* — In reliquis οὐ βλέπων revocavi ex Plat. pro ξυμβλέπων in codd. ut et mox κραθέντων, *cum mixta fuerint*, pro κριθέντων.

u) Pro ἐνδιαστέλλομαι legendum forte διαστέλλομαι, *explico, distinguo.*

v) Idem iam supra observaverat p. 68. cf. not *l*) ubi οὐ πολύδοξος recte a me suppletum esse, ex nostro loco patet.

τὰς λέγων, ἀνθρώπινα δὲ, τὰς περὶ τὸ σωματικὸν μέρος ἐυεξίας, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἐκτὸς x) λεγομένων ἐυπορίας. Τριχῶς δὲ τοῖς τόποις. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν τὰ μὲν περὶ ψυχὴν, τὰ δὲ περὶ σῶμα, τὰ δ' ἐν τοῖς ἐκτὸς, ἃ ἀρετὰς εἴποις ἂν καὶ ἐυπορίας καὶ ἐυεξίας y). Πενταχῶς δὲ τοῖς εἴδεσι. Πρῶτον μὲν γὰρ τἀγαθὸν z) τὴν ἰδέαν αὐτὴν ἀποφαίνεται, ὅπερ ἐστὶ θεῖον καὶ χωριστόν. Δεύτερον δὲ τὸ ἐκ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς σύνθετον, ὅπερ ἐνίοις δοκεῖ a) κατ' αὐτὸ εἶναι τέλος τῆς ἀνθρωπίνου ζωῆς. Τρίτον αὐτὴν καθ' αὐτὴν τὴν φρόνησιν. Τέταρτον τὸ ἐκ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν σύνθετον. Πέμπτον αὐτὴν καθ' αὐτὴν τὴν ἡδονήν. Ταύταις κέχρηται ταῖς διαιρέσεσιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν νόμων, μάλιστα καὶν τῷ Φιλήβῳ b). Ἄλλως. Μόνον μὲν τὸ καλὸν ἀγαθὸν, καθότι τῶν ὄντων οὐδὲν ἀγαθὸν, εἰ μὴ μεταλάβοι τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ ὁ δαλὸς καὶ ὁ σίδηρος πυρὸς, οὗ χωρὶς οὐδὲ ἁπλῶς θερμόν. Μετὰ δ' ἄλλων ἀγαθῶν, τῶν τριῶν γενῶν, ὅτι μετείλη-

φεν

---

x) τῶν ἐκτὸς sensu flagitante reſcripſi pro τῶν ἔντος. Nam de iis quae ad corpus pertinent, loquitur.

y) Legitur in codd. V. A. E. (nam in ed. haec adhuc deſiderantur;) Τῶν γὰρ ἀγαθῶν τὰς μὲν π. ψ. τὰς δὲ π. σ. τὰς δ' ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀρετὰς εἴποις ἂν καὶ ἐυπορίας καὶ ἐυεξίας. Pro τὰς μὲν et duplici τὰς δὲ ratio grammatica poſtulat ut legas τὰ μὲν et bis τὰ δέ. Sed praeterea ante ἀρετὰς excidit ἃ, de quo cauſa in aprico eſt.

Reſpon-

Divina, virtutes nempe animae, humana autem, bonum corporis habitum, et quae ad externa pertinent. Triplex autem genus respectu loci. Bonorum enim alia sunt circa animam, alia circa corpus, alia circa externa; quae virtutes, bonus habitus, et opes dicas. Quinque autem distinguit species. Primam enim, ipsam ideam boni declarat, quae divina et per se est. Alteram quae ex prudentia et voluptate constat; in quo multi finem humanae vitae ponunt. Tertiam ipsam prudentiam per se. Quartam, quae ex scientiis et artibus composita est. Quintam, voluptatem per se. His divisionibus utitur in primo de legibus, et maxime in Philebo. Aliter: Unice quidem honestum bonum est, quatenus eorum quae sunt nihil bonum est, nisi particeps sit virtutis, ut torris et ferrum ignis, sine quo nullus omnino calor. Simul vero quoque cum aliis bonis secundum

tres

Respondent sibi nempe haec tria; ut bona animae sint ἀρεταὶ, bona corporis ἐυεξίαι, et externa ἐυπορίαι.

z) Vel supplendum vel saltem subintelligendum hic est ἀγαθοῦ. Sensus enim est: *Platonem sub bono primum intellexisse ideam boni*; de quo copiose in Phaedone multisque aliis locis disputat.

a) ἐνίοις δοκεῖ, *sunt quibus videtur*, edidi pro ἐν οἷς δοκεῖ in codd.

b) Vide bonorum divisionem quam proponit *de leg.* I. Op. II, p. 631. cum quibus conferenda sunt, quae disputat in *Philebo*, Op. II. p. 55.

φεν αὐτοῦ τὰ δύο, τὰ σωματικὰ σὺν τοῖς ἐκτός c). Ὡς γὰρ τῆς σελήνης ἀφώτιστος μὲν ἡ οὐσία καθ' αὑτὴν, μεταλήψει d) δὲ τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς φωτίζεται, οὕτως οὐδὲν ὃ μὴ μετέχει τῆς ἀρετῆς, ἀγαθόν. Τοῖς γὰρ ἀνθρωπίνοις τὸ δύνασθαι ὠφελεῖν, ἐκ τῶν θείων πάρεσι.

Ἀριστοτέλης e) τὴν μὲν τριάδα τῶν ἀγαθῶν καὐτὸς ὁμοίως Πλάτωνι κατὰ τοὺς τόπους. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μέν ἐστι δι' ἑαυτὰ αἱρετὰ f), τὰ δὲ δι' ἕτερα. Δι' ἑαυτὰ μὲν οὖν ἐστι αἱρετὰ, ὅσα πρὸς τὴν αἵρεσιν αὐτῶν οὐ δι' ἄλλο τι κινεῖ ἢ προτρέπεται· ff) τοιαῦτα δ' ἐστὶ ἥτ' εὐδαιμονία, καὶ τὸ γένος τῶν ἀρετῶν, καὶ τὰ σωματικὰ κατὰ φύσιν, ὑγεία, εὐεξία, εὐαισθησία, κάλλος, τάχος, ἀρτιότης, ἰσχύς, τὰ παραπλήσια τούτοις, καὶ τῶν σωματικῶν ἡδοναὶ, αἱ μηδεμίαν βλάβην ἐπιφέρουσαι. Ταῦτα γὰρ ὁ νοῦν ἔχων ἕλοιτ' ἂν αὐτὰ, κἂν μηδὲν ἄλλο κεχωρισμένον αὐτῶν περιποιῇ. Δι' ἄλλα δ' ἐστὶν αἱρετὰ, τὰ δι' ἕτερόν τι κεχωρισμένον αὐτῶν

---

c) ἐκτὸς sic iterum reſcripſi pro ἔντος. Convenire τὸ καλὸν non modo bonis animae, ſed bonis omnium trium generum, nempe duobus quoque reliquis, tum quae ad corpus, tum quae ad externa pertinent.

d) μεταλήψει δὲ &c. haec iterum in ed. Stob. leguntur.

e) Videndus eſt de his Ariſtoteles. *Eth.* I, 6. 8. et *Magn. Moral.* I, 3. Κατὰ τοὺς τόπους, nempe *bonae animi, corpo-*

tres ſpecies, quatenus duae reliquae, corporis et externa, eius participes ſunt. Ut enim lunae ſubſtantia per ſe quidem luce caret, illuſtratur vero eo quod luminis ſolis particeps ſit, ſic quoque nihil, quod non particeps virtutis ſit, bonum eſt; quod enim hominibus prodeſſe poteſt, a divinis pendet.

Ariſtoteles quoque triplicia cum Platone bona ſtatuit, ratione loci. Verum bona inſuper alia per ſe expetuntur, alia per aliud. Ac per ſe quidem expetuntur, quae ut ea expetamus non per alia nos commovent; ad quae pertinent felicitas, omne virtutum genus, corporis bona ſecundum naturam, ut ſanitas, bonus habitus, ſenſuum vigor, pulchritudo, celeritas, integritas membrorum, robur ac ſimilia; voluptates quoque corporis noxa liberae. Siquidem haec vir prudens per ſe, etiamſi nihil aliud inde conſequatur, expetit. Propter aliud autem expetuntur, quae

---

corporis, et *externa*, ſic reſcripſi pro κατὰ τοὺς τρόπους ap. Cant. quod male ibi ſequentibus iungitur: κατὰ τοὺς τρόπους ἔτι τῶν ἀγαθῶν, nullo commodo ſenſu.

f) αἱρετὰ, quod excidit ap. Cant. ſupplent codd. V. A.

ff) κινεῖ ἢ προτρέπεται recte codd. V. A. E. pro κινεῖται καὶ προτρέπεται. *Bona quae movent* (ſc. homines) *ad appetitum per ſe ipſa.* — τὸ ante γένος ſupplent codd. V. A.

τῶν προκαλούμενα πρὸς τὴν αἵρεσιν, περίπατος, γυμνάσια, μάθησις, ἀνάγνωσις, ἰατρεῖαι, θεραπεῖαι, τροφαὶ, σκέπαι. Τούτων γὰρ οὐδὲν δι' αὐτὸ λιπτὸν, κατὰ δὲ τὴν ἀναφορὰν τὴν ἐφ' ἃ παρέχεται.

Εἰ πᾶν τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρητέον; g) Κατὰ μὲν Πλάτωνα πᾶν. Καὶ γὰρ ἀρετὴν πᾶσαν, καὶ τὴν καθ' ἑκάστην ἕξιν σπουδαίαν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἥτις ἐστὶ πρᾶξις μετὰ λόγου. Ὀνομάσθη οὖν καλὸν, ὅτι κλητικόν ἐστιν ἐφ' αὑτό h). Τῷ δ' Ἀριστοτέλει δοκεῖ, τὰς μὲν ἕξεις οὐκ εἶναι δι' αὑτὰς αἱρετὰς, δι' ἄλλο γάρ τι, τὴν ἐνέργειαν. Πᾶσα γὰρ ἕξις διὰ ταύτην, ὥστε τὸ οὗ ἕνεκα, τοῦτο δὲ δι' αὑτὸ αἱρετὸν i), ὕπαρξις, ἡ χρῆσις καὶ τέλος τοῦ βίου. Καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὗτος μὲν ἀπὸ τῆς χρήσεως ἀναφωνεῖ, Πλάτων δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κτήσεως. Ἀλλ' ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐν τοῖς νόμοις, καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ, καί τισιν ἄλλοις ταῦτα κεχώρηκεν, ὁ δὲ νεώτερος ἐν τοῖς ἠθικοῖς k).

Περὶ

---

g) Inscriptionis loco haec sunt in ed. corrupta tamen in Cant. ubi: εἰ πᾶν τὸ καλὸν παρέχεται. Integra ea servant codd. V. A. E.

h) Proponit hanc τοῦ καλοῦ etymologiam Plato in *Cratylo* Op. I. p. 416. — Ad καθ' ἑκάστην subintelligendum ἀρετήν. Caeterum codd. V. A. E. recte ἐνέργειαν et ὠνομάσθη pro διεργεῖαι et ὠναμάσθαι ap. Cant.

i) Habet Cant. ὥστε τοῦ οὗ ἕνεκα, τοῦτο δι' αὐτὸ αἱρετὸν, quod et codd. Reſcripſi ὥστε τὸ οὗ ἕνεκα, ut id

cuius

quae propter aliud inde consequens sectamur, ut ambulatio, exercitium, disciplina, lectio, medicina, curatio, alimentum, tegumentum; siquidem horum nullum per se, sed tantum propter consequens expetitur.

Num vero omne honestum per se sit expetendum? Secundum Platonem quidem omne. Siquidem et virtutem omnem, et habitum ad quamvis earum probum, et functionem, quae est actio cum ratione, eo refert. Vocatum autem est καλὸν, quod quasi ad se vocet seu invitet. Aristoteli autem videtur, habitus non per se expetendos esse, sed per aliud, functiones nempe. Omnis enim habitus per hasce est, quippe cuius causa sint; hoc autem tantum per se expetendum est, quippe in quo consistat usus et finis vitae. Felicitatem autem hic ab usu distinguit; Plato vero quoque a possessione; ille quidem in legibus; Timaeo, et aliis libris; Aristoteles autem in Ethicis.

De

---

cuius causa eligendum est, et: τοῦτο δὲ δι' αὐτὸ αἱρετὸν, *hoc vero*, nempe cuius causa aliquid eligitur, *per se*. Post αἱρετὸν nescio num exciderit οἷον, quod nisi suppleas, certe subintelligendum est.

k) Post ἠθικοῖς subiungitur tum in Cant. ed. tum in codd. nova paragraphus, inscripta περὶ δόξης *de opinione*, locum Platonis continens, ex libris *de Republ.* III, Op. II, p. 413. Φαίνεταί μοι δόξα rel. usque ad ὀρθῶς λέγεις. Verum caput περὶ δόξης supra iam affuit *libro I*, c. LIX. p.

Περὶ δὲ τῶν ἠθικῶν ἑξῆς ποιήσομαι τὸν ὑπομνηματισμὸν, τὰ κεφάλαια τῶν ἀναγκαίων δογμάτων ἀναλαβών. Ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν·

Ζήνωνος καὶ τῶν λοιπῶν Στωϊκῶν δόγματα περὶ τοῦ ἠθικοῦ μέρους τῆς Φιλοσοφίας l).

Ταῦτ' εἶναί φησιν ὁ Ζήνων, ὅσα οὐσίας μετέχει· m) Τῶν δ' ὄντων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δὲ ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν τὰ τοιαῦτα, φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, καὶ πᾶν ὅ ἐστιν ἀρετὴ ἢ μετέχον ἀρετῆς. Κακὰ δὲ, τὰ τοιαῦτα, ἀφροσύνην, ἀκολασίαν, ἀδικίαν, δειλίαν, καὶ πᾶν ὅ ἐστι κακία ἢ μετέχον κακίας. Ἀδιάφορα δὲ τὰ n) τοιαῦτα,

---

1115. ubi *fr.* 3. idem quoque locus Platonis iam exhibitus est. Male itaque ea hic repetita esse, (forte cum casu margini adscripta essent, in contextum recepta,) satis patet, etsi in codd. nostris nullum amplius erroris indicium. Excludenda itaque ea duxi.

l) Exposita erant modo a Stobaeo singula loca ex quibus morum doctrina maxime pendebat, et in quibus illustrandis in primis versata erant philosophorum studia. Redit iam ad propositum, ut conspectum universae disciplinae Ethicae secundum scholarum maxime insignium divisiones, primum secundum *Stoicorum*, tum secundum *Peripateticorum* placita exhibeat. In utroque explicando copiosus fuit, inprimis tamen *Stoicorum* systema plenius quam a Diogene Laertio, Sexto, Cicerone, aut ullo alio scriptore, (nam de iis qui tantum *praecepta vitae* tradiderunt, Epicteto, Arriano et aliis hic non loquor;) a nostro exhibitum est; quod tanto magis gratum erit lectoribus, cum placita eorum ex ipsius *Zenonis*, auctoris sectae, et qui eum proxime secuti sunt *Chrysippi* maxime et *Clean-*

De Ethicis autem iam inſtituam diſputationem, dogmata praecipua ſummatim explicans. Initium autem inde faciam:

Diviſio loci Ethici ex Zenonis et reliquorum Stoicorum placitis.

Ea *eſſe* dicit Zeno, quae naturam habent; ex his autem alia eſſe bona, alia mala, alia neutra. Ac bona quidem prudentiam, iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem, omnemque virtutem et quod particeps eſt virtutis; mala autem ſtultitiam, intemperantiam, iniuſtitiam, ignaviam et omne vitium et quod particeps vitii. Neutra vero, vitam, mortem, gloriam, ignominiam,

---

Cleanthis ſcriptis, quae omnia interierunt, hauſerit. Ceterum in ed. Cant. inſcriptio Ζήνωνος rel. legitur *ante* verba Περὶ δὲ τῶν ἡδικῶν &c. Male tamen eam locum hunc occupaſſe res ipſa docet. Nam cum Stobaeus dicit, ſe iam de Ethicis diſputaturum, ac *hinc* initium facturum eſſe, dicendum ſane erat *unde* initium faciat; nec ſi ordo in ed. verus eſſet, dicere potuiſſet, ſe de Ethicis in univerſum, ſed potius de Stoicorum Ethica agere velle. In codd. nempe mnſcpts. verba Ζήνωνος &c. ut reliqua fere ſemper nomina, margini adſcripta erant. Prona itaque erat transpoſitio, cum quis ea in contextum reciperet.

m) Ponitur primum diviſio *rerum*, quatenus vel bonae vel malae vel neutrae ſunt, ex quo omnis morum doctrina neceſſario pendet. Deſumta vero ſunt quae proxime ſequuntur ex *Zenonis* ſcriptis, inter quae, quantum ad moralia attinet, opus περὶ ὁρμῆς, VII libris comprehenſum, primarium fuiſſe videtur. cf. *Fabric.* II, p. 415. — ὅσα recte codd. V. A. E. pro ὃ; qui iidem κακὰ pro κατὰ, quod bis male exhibet Cant. ed. ſervarunt.

n) τὰ recte ſupplent codd. V. A.

αὖτα, ζωὴν, θάνατον, δόξαν, ἀδοξίαν, πόνον, ἡδονὴν, πλοῦτον, πενίαν, νόσον, ὑγείαν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι ἀρετὰς, τὰ δ' οὔ. Φρόνησιν μὲν οὖν καὶ σωφροσύνην o) καὶ ἀνδρείαν ἀρετάς· χαρὰν δὲ, καὶ εὐφροσύνην καὶ θάρσος, καὶ βούλησιν, καὶ τὰ παραπλήσια, οὐκ εἶναι ἀρετάς. Τῶν δ' ἀρετῶν τὰς μὲν ἐπιστήμας τινῶν καὶ τέχνας, τὰς δ' οὔ. Φρόνησιν μὲν οὖν καὶ σωφροσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ δικαιοσύνην ἐπιστήμας εἶναι τινῶν καὶ τέχνας· p) μεγαλοψυχίαν δὲ, καὶ ῥώμην, καὶ ἰσχὺν ψυχῆς, οὐτ' ἐπιστήμας εἶναι τινῶν οὔτε q) τέχνας. Ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν κακῶν τὰ μὲν εἶναι κακίας, τὰ δ' οὔ. Ἀφροσύνην μὲν οὖν καὶ ἀκολασίαν, καὶ ἀδικίαν, καὶ δειλίαν r), καὶ μικροψυχίαν καὶ ἀδυναμίαν κακίας εἶναι· λύπην δὲ, καὶ φόβον καὶ τὰ παραπλήσια οὐκ εἶναι κακίας. Τῶν δὲ κακιῶν s) τὰς μὲν εἶναι ἀγνοίας τινῶν, καὶ ἀτεχνίας, τὰς δ' οὔ. Ἀφροσύνην μὲν οὖν καὶ ἀκολασίαν καὶ ἀδικίαν καὶ δειλίαν t) ἀγνοίας εἶναι τινῶν καὶ ἀτεχνίας. Μικροψυχίαν δὲ καὶ ἀδυναμίαν, οὔτε

---

o) Post σωφροσύνην in Cant. ed. nonnulla exciderunt. Desiderantur ibi verba: καὶ ἀνδρείαν ἀρετὰς· χαρὰν δὲ καὶ εὐφροσύνην quae librarius ob Homoioteleuton omisit. Supplent ea codd. V. A.

p) Male hic inserunt καὶ ed. Cant. cum codd. quod nexus sermonis respuit.

q) οὔτε recte codd. V. A. E. pro καὶ ap. Cant. Qui iidem statim ἀνάλογον bene servarunt pro ἀναλογικὸν in ed.

miniam, laborem, voluptatem, divitias, paupertatem, morbum, ſanitatem, et horum ſimilia. Bonorum autem alia virtutes eſſe, alia non eſſe. Siquidem prudentiam, temperantiam, iuſtitiam, virtutes eſſe; gaudium autem, laetitiam, audaciam, cogitationem, et quae his ſimilia, non eſſe virtutes. Virtutes vero, alias eſſe ſcientias atque artes, alias non eſſe. Siquidem prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam, ſcientias atque artes eſſe, animi autem magnitudinem et robur, nec ſcientiam nec artes eſſe. Pari porro ratione malorum alia vitia eſſe, alia non. Siquidem imprudentiam, intemperantiam, iniuſtitiam, animi abiectionem, vitia eſſe; dolorem autem, metum, et ſimilia non eſſe. Vitiorum quoque alia inſcitias eſſe et imperitias, alia non eſſe. Siquidem imprudentiam, intemperantiam, iniuſtitiam, ignaviam, inſcitias eſſe; animi autem ab-

---

ed. Voce enim ἀνάλογον adverbialiter uti Graecos, Lexicographis iam annotatum eſt.

r) Verba καὶ δειλίαν, quae in ed. exciderant, ſupplent codd. V. A. qui ſtatim κακίας bene exhibent pro κακίαν in ed.

s) κακιῶν edidi pro κακῶν. Poſtulat enim illud non modo ſequens τὰς, ſed nexus quoque ſermonis. Opponuntur enim αἱ κακίαι hic ταῖς ἀρεταῖς; quas ſupra pari modo diſtinxerat in eas quae vel artem poſtulant vel non.

t) Poſt δειλίαν manca iterum eſt oratio in editis Cant. Exciderunt ibi verba: ἀγνοίας εἶναι τινῶν καὶ ἀτεχνίας. Μικροψυχίαν δὲ καὶ ἀδυναμίαν οὔτε ἀγνοίας τινῶν οὔτε ἀτεχνίας. Supplent ea codd. V. A. E.

οὔτε ἀγυιᾶς τινῶν οὔτε ἀτεχνίας. Ἔτι δὲ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν πᾶσι τοῖς φρονίμοις ὑπάρχειν, καὶ ἀεί u), τὰ δὲ οὔ. Ἀρετὴν μὲν οὖν v) πᾶσαν καὶ φρονίμην αἴσθησιν, καὶ φρονίμην ὁρμὴν, καὶ τὰ ὅμοια πᾶσι τοῖς φρονίμοις ὑπάρχειν, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ· χαρὰν δὲ, καὶ εὐφροσύνην, καὶ φρονίμην x) περιπάτησιν, οὔτε πᾶσι τοῖς φρονίμοις ὑπάρχει, οὔτ' ἀεί. Ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν κακῶν, τὰ μὲν πᾶσι τοῖς ἄφροσιν ὑπάρχει καὶ ἀεὶ, τὰ δ' οὔ. Κακίαν μὲν οὖν πᾶσαν, καὶ ἄφρονα αἴσθησιν, καὶ ἄφρονα ὁρμὴν, καὶ τὰ παραπλήσια, πᾶσι τοῖς ἄφροσιν ὑπάρχειν καὶ y) ἀεί· λύπην δὲ, καὶ φόβον, καὶ ἄφρονα ἀπόκρισιν, οὔτε πᾶσι τοῖς ἄφροσιν ὑπάρχειν, οὔτε παντὶ καιρῷ.

Πάντα δὲ τἀγαθὰ ὠφέλιμα εἶναι καὶ χρησὰ, καὶ συμφέροντα, καὶ λυσιτελῆ, καὶ σπουδαῖα καὶ πρέποντα, καὶ καλὰ, καὶ οἰκεῖα· z) τὰ δὲ κακὰ ἐκ τῶν ἐναντίων πάντα βλαβερὰ, καὶ δύσχρησα, καὶ

---

u) καὶ ἀεὶ, sic edidi pro καὶ τῶν ἀεὶ, quod cum Cant. habent codd. Sed τῶν non modo respuit nexus sermonis, vult enim scriptor, *bona alia prudentibus et omnibus esse, et semper esse, alia non*; sed proscribitur quoque sequentibus, ubi οὔτε πᾶσι οὔτε ἀεὶ nostro opponitur.

v) οὖν supplet cod. A.

x) φρονίμην recte codd. V. A. pro μόνην ap. Cant.; qui et statim ὑπάρχει exhibent pro ἐξί. Quae hic dicitur φρονίμη περιπάτησις, *modica ambulatio*, saepius quidem Stoicis inter bona numeratur, cf. *infra*, attamen non

a

abiectionem et imbecillitatem non esse. Iam bona alia omnibus prudentibus ac semper tribui, alia non. Siquidem virtutem omnem, sensum sanum, appetitionem prudentem, ac similia prudentibus omnibus ac semper tribui; gaudium autem, spem, ac prudentem ambulationem non omnibus tribui, nec semper. Pari porro ratione mala alia omnibus prudentibus tribui ac semper, alia non item. Siquidem vitium omne, sensum insanum, appetitionem imprudentem, ac similia, imprudentibus omnibus ac semper tribui; dolorem autem, metum, ac responsum imprudens nec omnibus, nec semper.

Omnia porro bona utilia esse, commoda, proba, decora, honesta et cognata; mala contra omnia inutilia, incommoda, noxia, prava, aliena, indecora,

---

a suspicione mendi vox plane libera est. Opponitur enim ei statim in enumeratione malorum, ἄφρων ἀπόκρισις, ut adeo hic legendum videatur: Φρονίμη ἔρωτησις; verum contra codd. fidem tanto minus aliquid hic mutandum putavi, cum infra eadem enumeratio iterum occurrat.

y) καὶ, sensu postulante, supplevi. Vult enim scriptor vitia quae enarraverat et omnibus imprudentibus *et* semper adesse.

z) Conferenda sunt cum his maxime quae *Diog. Laert.* VII, I, 59 habet. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν συμφέρον εἶναι, καὶ δέον, καὶ λυσιτελὲς, καὶ χρήσιμον, καὶ εὐχρηστον, καὶ καλὸν, καὶ ὠφέλιμον, καὶ αἱρετὸν καὶ δίκαιον. Singula haec explicat Diogenes, ut adeo locus eius nostro instar commentarii sit, ad quem relegamus lectores.

καὶ ἀσύμφορα, καὶ ἀλυσιτελῆ, καὶ φαῦλα, καὶ ἀνοικεῖα, καὶ ἀπρεπῆ, καὶ αἰσχρά. Τὸ δ' ἀγαθὸν λέγεσθαί φασι πλεοναχῶς, τὸ μὲν πρῶτον a), οἷον πηγῆς ἔχον χώραν, ὅπερ οὕτως ἀποδεδόσθαι, ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι, (τὸ δὲ πρῶτον εἶναι αἴτιον,) ἢ ὑφ' οὗ· τὸ δεύτερον, καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι· κοινότατον δὲ, καὶ ἐπιδιατεῖνον καὶ ἐπὶ τὰ προειρημένα, τὸ οἷον ὠφελεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κακὸν b) κατὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀναλογίαν ὑπογράφεσθαι.

---

a) Verba haec sic leguntur apud Cant. τὸ μὲν πρῶτον οἷον πηγῆς ἔχον χώραν, ὅπερ οὕτως ἀποδιδόαθαι, ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι, τὸ δὲ πρῶτον εἶναι αἴτιον, καὶ ὑφ' οὗ, δεύτερον καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι; καινότατον δὲ καὶ ἐπιδιατείνον καὶ ἐπὶ τὰ προειρημένα τὸ οἷον ὠφελεῖν, quae et corruptelis et prava distinctione, forte et glossis, male in contextum receptis, turbata sunt. Inter plures boni distinctiones quas admittebant Stoici, erat una qua trifariam dividebatur, primum illud *ex quo* aut *a quo* iuvamur, nempe virtus, alterum *per quod* iuvamur, nempe actiones quae ex virtute nascuntur; tertium, quod utrumque comprehenderet, omnino id *quod potest iuvare*. Diserte haec tradit *Sext. Empir.* l. XI, 25. Λέγεται γὰρ ἀγαθὸν φασι, καθ' ἕνα μὲν τρόπον τὸ ὑφ' οὗ ἢ ἀφ' οὗ ἐσιν ὠφελεῖσθαι· ὃ δὴ ἀρχικώτατον ὑπῆρχε καὶ ἀρετή· ἀπὸ γὰρ ταύτης ὥσπερ τινὸς πηγῆς πᾶσα πέφυκεν ἀνίσχειν ὠφέλεια. Καθ' ἕτερον δὲ τὸ καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι· οὕτως οὐ μόνον αἱ ἀρεταὶ λεχθήσονται ἀγαθὰ, ἀλλὰ καὶ αἱ κατ' αὐτὰς πράξεις, εἴπερ καὶ κατὰ ταύτας συμβαίνει ὠφελεῖσθαι. Κατὰ δὲ τὸν τρίτον καὶ τελευταῖον τρόπον λέγεται ἀγαθὸν, τὸ οἷόν τε ὠφελεῖν, ἐμπεριλαμβανούσης τῆς ἀποδώσεως ταύτης τάς τε ἀρετὰς καὶ τὰς ἐναρέτους πράξεις, καὶ τοὺς φίλους καὶ σπουδαίους ἀνθρώπους. Quae si cum Stobaeo conferas, sensum saltem loci assequi licet, si quoque in verbis haereas. Primum

ra, ac turpia. Bonum vero pluribus modis dici; iam primum a quo vel ex quo utilitas provenit, tanquam ex fonte; deinde, secundum quod utilitas provenit; denique, quod latissime patet, et utrumque comprehendit, quod potest prodesse. Ac similiter quoque malum dici ad bonorum analogiam; primum

a quo

---

mum itaque membrum constituitur eo *a quo* vel *ex quo utile*, ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι ἢ ὑφ' οὗ (sic enim legendum esse pro καὶ ὑφ' οὗ non modo ex Sexto, sed ex sequentibus quoque, quae opposita mali genera continent, ἀφ' οὗ συμβαίνει βλάπτεσθαι ἢ ὑφ' οὗ, clarum est.) Cum *fonte* vero illud Stoicos contulisse, (οἷον πηγῆς ἔχον χώραν,) discimus quoque ex Sexto: ἀπὸ γὰρ ταύτης ὥσπερ τινὸς πηγῆς πᾶσα πέφυκεν ἀνίσχειν ὠφέλεια. In proximis ὅπερ οὕτως ἀποδιδόασθαι l. ὅπερ (i. e. καθ' ὅπερ) οὕτως ἀποδίδοσθαι vel ἀποδεδόσθαι, *quod inde, ut aqua ex fonte, oriatur.* Verba τὸ δὲ πρῶτον εἶναι αἴτιον, uncinis includenda, parum abest quin a margine in contextum irrepsisse credam. Melius sane procederet oratio si legas: ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι ἢ ὑφ' οὗ, ut infra: τὸ μὲν οὖν ἀφ' οὗ συμβαίνει βλάπτεσθαι ἢ ὑφ' οὗ. Quidquid sit, certe post ὑφ' οὗ maiori interpunctione distinguendum est. Sequitur enim iam alterum membrum: τὸ δεύτερον καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι, quod verbis Sexti modo adductis satis explicatur. Denique tertium τὸ οἷον ὠφελεῖν, quod cum reliqua comprehendat, latissime patet. Pro καινότατον codd. V. A. exhibent κοινότατον, recte! Ceterum habet quoque hanc divisionem *Diog. Laert.* VII, I, 55. Excidit tamen apud eum tertium membrum, quam lacunam praeter interpretes annotavit iam *Lipsius* Op. IV, p. 485. qui tamen in eo falsus est, quod τὸ ἀφ' οὗ et τὸ ὑφ' οὗ pro diversis ponat, omisso contra τὸ καθ' ὅ. Constituit quoque locum nostrum ut illum Laertii, simili fere modo, *Tiedem. Syst. d. St. Ph.* III, p. 56.

b) καιὸν rescripsi pro καιὸς, ex cod. P.

φεσθαι. Τὸ μὲν οὖν ἀφ' οὗ συμβαίνει βλάπτεσθαι ἢ ὑφ' οὗ· τὸ δὲ καθ' οὗ συμβαίνει βλάπτεσθαι· κοινότερον δὲ τούτων τὸ οἷον βλάπτειν. Τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν, τὰ δ' ἐκτὸς, τὰ δ' οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτός c). Περὶ ψυχὴν μὲν τὰς ἀρετὰς καὶ σπουδαίας ἕξεις, καὶ καθόλου τὰς ἐπαινετὰς ἐνεργείας· ἐκτὸς δὲ τούς τε φίλους, καὶ τοὺς γνωρίμους, καὶ τὰ παραπλήσια· οὔτε δὲ περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτὸς, τοὺς σπουδαίους καὶ καθόλου τοὺς τὰς ἀρετὰς ἔχοντας· d) ὁμοίως δὲ καὶ τῶν κακῶν τὰ μὲν περὶ ψυχὴν, τὰ δ' ἐκτὸς e), τὰ δὲ οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτός. Περὶ ψυχὴν μὲν τάς τε κακίας σὺν ταῖς μοχθηραῖς ἕξεσι f), καὶ καθόλου τὰς ψεκτὰς ἐνεργείας· ἐκτὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς σὺν τοῖς εἴδεσιν· οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτὸς τοὺς φαύλους, καὶ πάντας τοὺς τὰς κακίας ἔχοντας. Τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν g), τὰ μὲν εἶναι διαθέσεις, τὰ δὲ ἕξεις μὲν διαθέσεις δ' οὔ, τὰ δὲ οὔτε ἕξεις οὔτε διαθέσεις. Διαθέσεις μὲν, τὰς ἀρετὰς πάσας, ἕξεις δὲ μόνον καὶ οὐ διαθέσεις, τὰ ἐπιτηδεύματα,

---

c) Profert hanc divisionem quoque *Diog.* VII. I, 56. qui cum nostro conferendus. Post οὔτ' ἐκτὸς inserunt codd. V. A. E. verba: τοὺς σπουδαίους καὶ καθόλου τὰς ἀρετὰς ἔχοντας, quae tamen suo loco statim infra occurrunt.

d) Pro τὰς ἀρετας ἔχοντας edidi τοὺς τὰς αρ. εχ. quod et sensus, et oppositum τοὺς τὰς κακίας ἔχοντας postulat.

e) Post

a quo vel ex quo damnum proficiſcitur; deinde ſecundum quod damnum provenit; denique quod poteſt nocere. Bona porro alia circa animum eſſe, alia extra animum, alia neutro in loco. Circa animum quidem virtutes, et probos habitus, et laudabiles functiones; extra animum autem amicos, familiares, et ſimilia; neutro in loco vero probos et virtute praeditos. Ac ſimiliter mala alia in animo cerni, alia extra animum, alia neutro in loco. Circa animum eſſe vitia, malos habitus, et reprehendendas functiones; extra animum autem inimicos et ſimilia; neutro in loco vero improbos et vitio praeditos. Animi porro bonorum alia eſſe affectiones, alia habitus, non vero effectiones; alia neutra. Affectiones quidem, omnes virtutes; habitus vero nec affectiones, ſtudia, ut divinationem et ſimilia; neutra vero functio-

---

e) Poſt ἐκτὸς tum in codd. tum in ed. Cant. exciderunt verba: τὰ δὲ οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτε ἐκτὸς, quae ſupplenda eſſe parallelismus membrorum facile docet.

f) ἕξεσι, ſic recte cod. P. pro ἕξεσι. Pro κακίας codd. V. A. E. exhibent κακίαι.

g) Mutilus erat hic locus in ed. ubi: Τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τοὺς μὲν εἶναι τὰ μὲν εἶναι διαθέσεις, nullo ſenſu. Plenum tamen eum ſervarunt codd. V. A. E. qui: Τῶν δὲ περὶ ψ. ἀγαθῶν τὰς μὲν εἶναι διαθέσεις, τὰς δὲ ἕξεις μὲν διαθέσεις δὲ οὔ· τὰς δὲ οὔτε ἕξεις οὔτε διαθέσεις, in quibus tamen pro τὰς μὲν — τὰς δὲ reſcribendum τὰ μὲν — τὰ δὲ, ut infra. Ceterum eandem hanc diviſionem proponit *Diog.* VII, I, 58.

ματα, ὡς τὴν μαντικὴν h), καὶ τὰ παραπλήσια· οὔτε δὲ ἕξεις οὔτε διαθέσεις, τὰς κατ' αὐτὰς ἐνεργείας, οἷον φρόνησιν, καὶ τὴν τῆς σωφροσύνης κτῆσιν, καὶ τὰ παραπλήσια. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν περὶ ψυχὴν κακῶν τὰ μὲν εἶναι διαθέσεις, τὰ i) δ' ἕξεις μὲν διαθέσεις δ' οὔ, τὰ δὲ οὔτε ἕξεις οὔτε διαθέσεις. Διαθέσεις μὲν τὰς κακίας πάσας, ἕξεις δὲ μόνον τάς γε εὐκαταφορίας k), οἷον τὴν φθονερίαν, τὴν ἐπιλυπίαν, καὶ τὰ ὅμοια, καὶ ἔτι l) τὰ νοσήματα καὶ ἀῤῥωστήματα οἷον φιλαργυρίαν, οἰνοφλυγίαν m), καὶ τὰ παραπλήσια. Οὔθ' ἕξεις οὔτε διαθέσεις τὰς κατὰ κακίας ἐνεργείας, οἷον ἀφρόνευσιν, ἀδίκευσιν n), καὶ τὰ ταύταις παραπλήσια. Τῶν τε ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικὰ, τὰ δὲ ποιητικὰ, τὰ δὲ ἀμφοτέρως ἔχοντα o). Ὁ μὲν οὖν φρόνιμος ἄνθρωπος καὶ ὁ φίλος ποιητικὰ μόνον ἐστὶν ἀγαθά· χαρὰ δὲ καὶ εὐφροσύνη καὶ θάρσος, καὶ

---

h) ὡς τὴν μαντικὴν edidi pro καὶ τὴν μαντικὴν, pertinet enim sine dubio μαντικὴ ad studia. Canterus idem iam tacite in versione expresserat.

i) τὰ δ' ἕξεις recte codd. V. A. E. pro τὰς δ' ἕξεις, qui et statim post οὔτε supplent διαθέσεις, quod exciderat.

k) Habet Cant τὰς εὐκαταφθορίας οἷον τὴν φθορίαν τὴν ἐπιλιπίαν, καὶ τὰ ὅμοια Pro φθορίαν et ἐπιλιπίαν codd V. A. E. bene exhibent φθονερίαν καὶ ἐπιλυπίαν, sed corruptum εὐκαταφθορίας cum Cant tenent et codd Rescripsi τὰς γ' εὐκαταφορίας, *proclivitates animi*, ut vocat Cic. Tusc. IV, 12. 13. (qui inprimis cum nostro conferendus,) qui-

ctiones per se, ut prudentiam, temperantiae possessionem, et similia. Similiter quoque ex malis circa animum alia esse affectiones, alia habitus nec affectiones, alia neutra. Affectiones quidem esse vitia omnia, habitus vero tantum animi proclivitates, ut invidentiam et anxietatem, et similia, morbos praeterea et aegrotationes, ut nimium vini aut argenti amorem. Neutra vero functiones secundum vitia, ut imprudentiae, iniustitiae actus, et similia. Bona praeterea esse alia ad finem pertinentia, alia efficientia, alia utraque; siquidem virum bonum et amicum bona esse efficientia; gaudium vero et laetitiam

et

---

quibus nimis faciles sumus ad pravos affectus, invidiam maxime et iram *Diog Laert.* VII, I, 63. καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ σώματος ἐυεμπτωσίαι τινὲς λέγονται, οὕτω καπὶ τῆς ψυχῆς εἰσιν ἐυκαταφορίαι, οἷον φθονερία, ἐριδες καὶ τὸ παραπλήσια. Ipse haec *infra* Stob. ubi de affectibus agit.

l) καὶ ἔτι edidi pro καὶ ἔσι ap. Cant. Ceterum ad νοσήματα et ἀῤῥωστήματα subintelligendum esse τῆς ψυχῆς, cum de *animi morbis* sermo sit, per se patet.

m) οἰνοφλυγίαν, *insanam vini cupiditatem*, quae recte inter animi morbos ponitur, supplent codd. V. A. E.

n) Voces ἀφρόνευσις et ἀδίκευσις lexicographis quidem neglectae sunt, attamen nihil in iis mutandum. Substantiva enim in ευσις desinentia ipsum actum, τὴν ἐνέργειαν, exprimere, aliunde notum; v. c. ῥεύσις ipsa fluendi actio, et alia. Pro ἀφρόνευσις codd. V. A. habent ἀφθονευσις nullo sensu.

o) Eandem hanc divisionem explicat *Diog.* VII, I, 57, qui cum nostro conferendus. — οὖν ante φρόνιμος bene supplent codd. V. A. E.

καὶ Φρονίμη περιπάτησις, τελικὰ μόνον ἐστὶν ἀγαθά· αἱ δ' ἀρεταὶ πᾶσαι καὶ ποιητικά ἐσιν ἀγαθὰ καὶ τελικὰ, καὶ γὰρ ἀπογεννῶσι τὴν εὐδαιμονίαν καὶ συμπληροῦσι, μέρη αὐτῆς γενόμενα. Ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν κακῶν, τὰ μέν ἐσι ποιητικὰ τῆς κακοδαιμονίας, τὰ δὲ τελικὰ, τὰ δὲ ἀμφοτέρως ἔχοντα. Ὁ μὲν οὖν ἄφρων ἄνθρωπος καὶ ὁ ἐχθρὸς, ποιητικὰ μόνον ἐσὶ κακά· λύπη δὲ καὶ φόβος, καὶ κλοπὴ καὶ ἄφρων ἐρώτησις p), καὶ τὰ ὅμοια τελικά· αἱ δὲ κακίαι καὶ ποιητικὰ καὶ τελικά ἐσι κακά· ἀπογεννῶσι γὰρ τὴν κακοδαιμονίαν καὶ συμπληροῦσι, μέρη αὐτῆς γενόμενα.

Φρόνησιν q) δ' εἶναι ἐπισήμην ὧν ποιητέον, καὶ οὐ ποιητέον, καὶ οὐδετέρων, ἢ ἐπισήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, Φύσει πολιτικοῦ ζώου r), καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἀρετῶν οὕτως ἀκούειν παραγγέλλουσι. Σωφροσύνην δ' εἶναι s) ἐπισήμην αἱρετῶν ∬), καὶ φευκτῶν καὶ οὐδετέρων. Δικαιοσύνην δὲ, ἐπισήμην ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάςῳ. Ἀνδρείαν δὲ ἐπισήμην

---

p) Iterum hic ἡ ἄφρων ἐρώτησις opponitur τῇ Φρονίμῃ περιπατήσει, ut adeo eadem ſuſpicio oriatur, pro hac legendum eſſe, Φρονίμῃ ἐρώτησις, ut *ſupra p. 94. Not.* x.

q) Sequuntur iam definitiones virtutum quas principes ponunt Stoici, et vitiorum iis oppoſitorum. Conferendus eſt cum noſtro maxime *Diog.* l. c. quem tamen mutilum et ex Stobaeo ſupplendum eſſe annotatum iam eſt inter-

et confidentiam, et prudentem ambulationem, ad finem esse pertinentia; omnes vero virtutes utraque, posteaquam felicitatem simul efficiant, et ut partes expleant. Ac similiter malorum alia esse efficientia calamitatem, alia ad finem pertinentia, alia utraque. Siquidem virum imprudentem et inimicum mala esse efficientia; dolorem autem et metum, et furtum, et imprudentem interrogationem, et similia, ad finem esse pertinentia; vitia vero utraque; siquidem miseriam et efficiant, et ut partes expleant.

Iam prudentiam esse scientiam faciendorum et non faciendorum, et neutrorum; vel scientiam bonorum et malorum et neutrorum pro natura animalis civilis; id autem etiam in reliquis virtutibus subaudiri volunt. Temperantiam vero esse scientiam expetendorum, et fugiendorum, et neutrorum; iustitiam vero, scientiam suum cuique tribuentem; fortitudinem vero scientiam timendorum et non timendorum, et neu-

terpretibus; ex recentioribus autem Stoicorum hanc doctrinam optime expositam invenies apud Cl. *Tiedemann System der Stoischen Philosophie* III, p. 121.

r) Φύσει πολιτικοῦ ζώου, civem enim mundi hominem esse, eoque a bestiis distingui docebant Stoici. *Arrian.* II, 10. Ἐπὶ τούτοις πολίτης εἶ τοῦ κόσμου &c.

s) σωφροσύνην δ' εἶναι sensu postulante rescripsi pro σωφροσύνην δὲ καί. Idem vitium in proximo δικαιοσύνην δὲ καὶ, ubi καὶ prorsus delevi.

ff) αἱρετῶν recte cod. V. pro ἀρετῶν.

σήμην δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων. Ἀφροσύνην δὲ ἄγνοιαν t) ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, ἢ ἄγνοιαν ὧν ποιητέον ἢ οὐ ποιητέον, ἢ οὐδετέρων. Ἀκολασίαν δὲ ἄγνοιαν αἱρετῶν καὶ φευκτῶν καὶ οὐδετέρων u) — — — —. Δειλίαν δὲ ἄγνοιαν δεινῶν. Παραπλησίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ κακίας ὁρίζονται, τῶν εἰρημένων ἐχόμενοι v). Κοινότερον δὲ τὴν ἀρετὴν διάθεσιν εἶναί φασι ψυχῆς σύμφωνον αὐτῇ περὶ ὅλον τὸν βίον. Τῶν δ' ἀρετῶν τὰς μὲν εἶναι πρώτας, τὰς δὲ ταῖς πρώταις ὑποτεταγμένας. Πρώτας δὲ τέτταρας εἶναι, φρόνησιν, σωφροσύνην, ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην. Καὶ τὴν μὲν φρόνησιν περὶ τὰ καθήκοντα γίγνεσθαι· τὴν δὲ σωφροσύνην περὶ τὰς ὁρμὰς τοῦ ἀνθρώπου· τὴν δὲ ἀνδρείαν περὶ τὰς ἀπονεμήσεις. Τῶν δὲ ὑποτεταγμένων x) ταῖς ἀρεταῖς ταύταις τὰς μὲν τῇ φρονήσει ὑποτετάχθαι, τὰς δὲ τῇ σωφροσύνῃ, τὰς δὲ τῇ ἀνδρείᾳ, τὰς δὲ τῇ

---

t) ἄγνοιαν, quod male exciderat, ſenſu flagitante, ſupplevi. In proximis male ap. Cant. καὶ ἄγνοιαν ὧν ποιητέον καὶ οὐδετέρων, pro quo plenius et melius codd. V. A. ἢ ἄγνοιαν ὧν ποιητέον ἢ οὐ ποιητέον ἢ οὐδετέρων.

u) Etſi nec edita nec codd. lacunam indicant, tamen certum eſt, aliquid hic excidiſſe. Deſideratur enim definitio vitii iuſtitiae oppoſiti, i. e. τῆς ἀδικίας. Supplendum itaque erit: ἀδικίαν δὲ ἄγνοιαν ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ. Deſcriptio quoque δειλίας mutilata eſt in ed. ubi poſt δεινῶν exciderunt verba καὶ οὐ δεινῶν, quae bene ſupplent codd. V. A. E.

v) ἐχό-

neutrorum. Ac similiter imprudentiam esse insciti am bonorum et malorum et neutrorum, vel ignorantiam faciendorum et non faciendorum et neutrorum. Intemperantiam vero insciti am expetendorum et fugiendorum et neutrorum — — — —; ignaviam vero insciti am timendorum et non timendorum et neutrorum. Similiter vero reliqua virtutum et vitiorum genera definiunt. Communius autem virtutem definiunt animi affectionem secum per totam vitam consentientem. Virtutes porro alias primas ponunt, alias primis subiectas. Primas quidem quatuor; prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam. Ac prudentiam quidem circa officia versari; temperantiam circa appetitiones hominis; fortitudinem circa tolerantias; iustitiam circa distributiones. Subiectarum vero hisce alias subiectas esse prudentiae,

---

υ) ἐχόμενοι recte codd. V. A. E. ap. Cant. Ceterum ex ipso Zenone petitas esse hasce virtutum explicationes satis liquet ex *Plutarch. de virt. morali Op.* T. II, p. 441. ubi quoque ipsius virtutis definitio, quae statim sequitur, copiosius declaratur.

χ) Virtutes hasce secundi ordinis, quatuor virtutibus cardinalibus subiectas, enumeratas quoque invenies apud *Diog.* VII, 1, 54. Locus tamen Diogenis ita mutilatus est, ut praeclare quidem ille ex Stobaeo suppleri possit, nihil tamen lucis Stobaeo afferat. Omnino vero tam plenam virtutum ex Stoicorum systemate non enumerationem modo sed et explicationem, apud neminem alium invenimus.

k) Iterum male habet Cant. καὶ παρεῖναι pro κακὸν παρεῖναι, quod offerunt codd. V. A. E. Pergit Cant. ἐφ' ᾧ καθήκει ἐπαίρεσθαι, quae lacunosa esse recte iam vidit Salmasius. Desideratur enim in Stob. contextu omnino quarti affectus, τῆς ἡδονῆς, explicatio. Praeterea de *aegritudine* seu λύπῃ dici nequit animum ea *extolli*, cum secundum Stoicos potius sit συσολὴ ψυχῆς. Post καθήκει ergo nonnulla excidisse, recte iudicat Salmasius, quae, vel tacentibus codd. sic supplenda sunt: καθήκει συσέλλεσθαι. Ἡδονὴν δ' εἶναι ἔπαρσιν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ, αἴτιον δ' αὐτῆς τὸ δοξάζειν πρόσφατον κακὸν παρεῖναι, ἐφ' ᾧ καθήκει ἐπαίρεσθαι. *Laetitiam esse elationem animi adversam rationi, cuius causa sit opinio boni praesentis atque recentis, in quo efferri rectum esse videatur.* Est enim laetitia, quam vocat *Cicero* profusam hilaritatem.

ii) Species τῆς ἐπιθυμίας aliter constituit *Diog.* l. c. Ἐπιθυμία δ' ἐστὶν ἄλογος ὄρεξις, ὑφ' ἣν τάττεται καὶ ταῦτα, σπάνις, μίσος, φιλονεικία, ὀργὴ, ἔρως, μῆνις, θυμὸς,

temperantem, cauſam autem eius eſſe opinionem recens malum adeſſe, ob quod oporteat — — — — extolli. Sub cupiditate vero haec comprehenduntur: ira, et ſpecies eius, (excandeſcentia, bilis, odium, ſimultas, acerbitas;) porro amor, deſiderium, voluptatum divitiarum et honorum cupiditatem. Sub voluptatem autem cadere malevolentiam, delectationem, faſcinationem. Sub metu vero continentur cunctatio, pudor, trepidatio, conſternatio, religio, angor, timor. Sub dolorem denique: invidentia, aemulatio, obtrectatio, commiſeratio, luctus, aerum-

---

μὸς, qui adeo alium ſcriptorem, (invicem enim in his conſtituendis a ſe diſceſſiſſe Stoicos quis mirabitur?) ante oculos habuiſſe videtur. Ab utroque iterum recedit *Cicero* l. c. qui *iram, excandeſcentiam* (θύμωσιν), *odium, inimicitiam, diſcordiam, indigentiam, deſiderium*, ſpecies libidinis ponit. Stobaeum in capite hoc Chryſippum ſecutum eſſe, qui in libro ſuo περὶ παθῶν et copioſe et ſubtiliter de his egerat, ſuſpicari licet ex iis quae ſub finem capitis ipſe annotat.

kk) Species τῆς ἡδονῆς ita enumerat *Diog.* l. c. κήλησις, ἐπιχαιρεκακία, τέρψις, διάχυσις *Cicero* l. c. *malevolentiam, delectationem, iactationem* vocat.

ll) Paulo aliter *Diog.* l. c. qui ſub φόβῳ comprehendit δεῖμα, ὄκνον, αἰσχύνην, ἔκπληξιν, θόρυβον, ἀγωνίαν. Subtilius *Cicero* l. c. *Pigritiam, pudorem et terrorem, timorem, pavorem, exanimationem, conturbationem, formidinem.* — Apud Stob. καὶ δέος codd. V. A. E. bene exhibent pro ἢ δέος.

mm) Species ſub λύπῃ comprehenſas vocat *Diog.* ἔλεον, φθόνον, ζῆλον, ζηλοτυπίαν, ἄχθος, ἐνόχλησιν, ἀνίαν, ὀδύνην, σύγχυσιν. *Cicero* l. c. *invidentiam, aemulationem, obtre-*

θος, ἄχθος, ἄχος, ἀνία, ὀδύνη, ἄση. Ὀργὴ *n*) μὲν οὖν ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρήσασθαι τὸν δοκοῦντα ἠδικηκέναι παρὰ τὸ προσῆκον· θυμὸς δὲ *o*), ὀργὴ ἐναρχομένη· χόλος δὲ *p*), ὀργὴ διοιδοῦσα· μῆνις δὲ, ὀργὴ εἰς παλαίωσιν ἀποτιθεμένη ἢ ἐναποκειμένη· κότος δὲ, ὀργὴ ἐπιτηροῦσα καιρὸν ἐς τιμωρίαν· πικρία δὲ, ὀργὴ παραχρῆμα ἐκπεπυμένη· *q*) ἔρως δὲ *r*), ἐπιβολὴ φιλοποιίας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον· πόθος δὲ, ἐπιθυμία τοῦ ἄρτι ἀπόντος· *s*) ἵμερος δὲ, ἐπιθυμία φίλου ἀπόντος ὁμιλίας· φιληδονία δὲ, ἐπιθυμία ἡδονῶν· φιλοπλουτία δὲ, πλούτου· φιλοδοξία δὲ, δόξης· ἐπιχαιρεκακία δὲ *t*), ἡδονὴ ἐπ' ἀλλο-

---

obtrectationem, *misericordiam*, *angorem*, *luctum*, *moerorem*, *aerumnam*, *dolorem*, *lamentationem*, *sollicitudinem*, *molestiam*, *afflictationem*, *desperationem*, *et si quae sint de genere eodem*.

n) Ὀργὴν ita definit *Diog.* ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως· sive secundum *Ciceronem* l. c. *Ira est libido puniendi eius qui videtur laesisse iniuria.*

o) Θυμὸν *excandescentiam* vocat *Cicero*; *ut sit ira nascens et modo existens*, *quae* θύμωσις *Graece dicitur.* Suspicari inde possis apud Stob. quoque θύμωσις legendum esse, nisi obstaret *Diogenis* auctoritas, qui cum nostro: ὁ δὲ θυμός ἐστιν, inquit, ὀργὴ ἀρχομένη.

p) χόλον omiserunt et Cicero et Diognes. Μῆνιν explicat *Diog.* ὀργὴν πεπαλαιωμένην καὶ ἐπίκοτον ἐπιτηρητικήν τε. Apud *Ciceronem* est *odium*, *ira inveterata.* Sequens κότος vocatur apud Ciceronem: *inimicitia*, *quae est ira ulciscendi tempus observans.*

q) Descripserat hactenus varia irae genera, quae tamen

aerumna, angor, sollicitudo, dolor, afflictatio. Ira itaque est libido puniendi eius, qui videtur laesisse iniuria; excandescentia, ira incipiens; bilis, ira intumescens; odium, ira inveterata; simultas, ira ulciscendi occasionem aucupans; acerbitas, ira confestim erumpens; amor, benevolentiae impetus pulchritudinis causa; desiderium, cupiditas absentis; ἵμερος, cupiditas consvetudinis absentis; voluptatum porro, divitiarum, gloriae cupiditates ipso nomine explicantur; malevolentia, voluptas de alienis malis; gau-

---

men ipsa esset libidinis species, ita ut reliquae, quae iam describuntur.

r) Amoris descriptio eadem est apud *Diog.* l. c. nisi quod ibi pro φιλοποιΐας exstat φιλευποιΐας; sed ibi potius φιλοποιΐας rescribendum esse, ostenderunt iam interpretes. Ceterum male Cant. ediderat, ἐπιβουλή, pro quo ἐπιβολὴ recte exhibent cum Diog. codd. V. A E. Confirmat utramque lectionem *Sext. Emp.* p. 182. ὡς γὰρ ὁ λέγων τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν εἶναι φιλοποιΐας, ἐμφαίνει τὸ &c. Est enim φιλοποιΐα *studium conciliandae amicitiae*; sive, ut *Cicero* l. c. bene vertit Graeca, *conatus amicitiae faciendae ex pulchritudinis specie*.

s) Habet Cant. ἐπιθυμία τοῦ ἔρωτι ἀπόντος, quod non intelligo, quomodo enim aliquis amore abiens esse potest? Posses suspicari ἐπιθυμία ἐρωτικὴ τοῦ ἀπόντος, ut sit *desiderium absentis ex amore ortum*. Sed rescribere non dubitavi: τοῦ ἄρτι ἀπόντος, quod Ciceronis auctoritate confirmatur, apud quem: *desiderium libido eius qui nondum adsit, videndi*.

t) Incipiunt hic species τῆς ἡδονῆς, quarum prima est ἐπιχαιρεκακία, quam *Diog.* iisdem verbis, *Cicero* paulo copiosius describit: *malevolentia* s. *voluptas ex malo alterius,*

 sine

λοτρίοις κακῶς· ἀσμενισμὸς δὲ, ἡδονὴ ἐπὶ ἀπροσδοκήτοις· γοητεία δὲ, ἡδονὴ δι' ὄψεως κατ' ἀπάτην· ὄκνος u) δὲ, φόβος μελλούσης ἐνεργείας· ἀγωνία δὲ, φόβος διαπτώσεως, καὶ ἑτέρως, φόβος ἥττης· v) ἔκπληξις x) δὲ, φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας· αἰσχύνη δὲ, φόβος ἀδοξίας· θόρυβος δὲ, φόβος μετὰ φωνῆς κατεπείγων· δεισιδαιμονία δὲ, φόβος θεῶν καὶ δαιμόνων· δέος δὲ, φόβος δεινοῦ· δεῖμα y) δὲ, φόβος ἐκ λόγου· φθόνος δὲ z), λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ζῆλος δὲ a), λύπη ἐπὶ τῷ ἕτερον

---

fine emolumento suo. Sequentem ἀσμενισμὸν Stob. solus habet, ut et proximam ἡδονὴ, sic enim rescripsi pro δι' (ex praecedenti δὲ ortum,) ἡδονῆς quod cum Cant. habent codd. sine sensu.

u) Sequuntur species *timoris* s. *Φόβου*. Prima est ὄκνος, quam iisdem verbis describit *Diog.* A *Cicerone* vocatur *pigritia*, quae sit *metus consequentis laboris.*

v) Verba καὶ ἑτέρως Φόβος ἥττης ex glossemate orta esse suspicari licet. Apud *Diog.* ἀγωνία est *Φόβος ἀδήλου πράγματος.*

x) ἔκπληξις iisdem verbis a *Diog.* definitur, ut et αἰσχύνη. In sequentibus haereo in κατεπείγων. Si sana est lectio, φωνῆς explicandum erit non de voce eius qui terretur, sed qui terret, ut adeo sint *minae.* Praefero tamen *Diogenis* lectionem, ubi: θόρυβος δὲ *Φόβος μετὰ κατεπείξεως φωνῆς, cum haesitatione vocis.*

y) δεῖμα in *Diog.* est *Φόβος ἐμποιῶν.* Ceterum species metus apud *Ciceronem* paulo aliter, ac ni fallor melius, sic distinguuntur: *Pigritia, metus consequentis laboris; pudor et terror, metus concutiens, ex quo fit, ut pudorem ruhor, terrorem pallor, et tremor, et dentium crepitus consequantur; timor, metus mali appropinquantis; pavor, metus mentem loco movens; exanimatio, metus subsequens,* et

gaudium, voluptas de nec opinato; fascinatio, voluptas oculorum per dolum; cunctatio, metus futurae actionis; cruciatus, metus offensionis vel lapsus; consternatio, metus de insueta imaginatione; pudor, metus ignominiae; trepidatio, metus cum voce trepidans; religio, metus deorum vel daemonum; angor, metus rei gravis; timor, metus cum ratione coniunctus. Denique invidentia, dolor de alienis bonis; aemulatio, dolor si eo quod concupieris alius potia-

---

et quasi comes pavoris; conturbatio, metus excutiens cogitata; formido, metus permanens.

z) Sequuntur iam species λύπης seu *aegritudinis*. Primam φθόνον iisdem verbis explicat Diogenes; copiosius vero Cicero: *invidentiam esse dicunt aegritudinem susceptam propter alterius res secundas, quae nihil noceant invidenti*, quod recte additur.

a) Triplicem ζῆλον definitionem habet Stobaeus, nec uno tantum sensu vocem hanc usurpatam esse, docet iam *Cicero* l. c. *Aemulatio autem dupliciter quidem illa dicitur, ut et in laude et in vitio nomen hoc sit. Nam et imitatio virtutis aemulatio dicitur; sed ea nihil hoc loco utimur, est enim laudis; et est aemulatio aegritudo, si eo quod concupierit alius potiatur, ipse careat* Stobaeus inverso ordine primam ponit, quam Cicero ultimam, in qua ἐπὶ τῷ bene servarunt codd. V. A. E. pro ἐπὶ τὸ ap. Cant. Proxima corrupta ap. Stob. λέγεσθαι δὲ καὶ ἑτέρως ζῆλον, μακαρισμὸν ἐνδεοῦς, καὶ τι ἄλλως μίμησις ὡσὰν κρείττονος. In codd. haec et sequentia ob Homoioteleuton plane intercíderunt. Tentavit locum *Davisius ad Cicer. Tusc.* IV, 8. rescribendo: μακαρισμοῦ ἔνδειαν, ἤτοι ἄλλου μίμησιν ὡσὰν κρείττονος. Leniori autem medicina restitui posse opinatur *Pierson. ad Moerin* V. ζῆλωσις, si legas μακαρισμὸν ἐνίοις, καὶ ἔτι ἄλλως rel. Verum utcumque haec primo

ρων ἐπιτυγχάνειν ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, αὐτὸν δὲ μή· λέγεσθαι δὲ καὶ ἕτερος ζῆλον, μακαρισμοῦ ἔνδειαν, ἤτοι ἄλλου μίμησιν ὡσὰν κρειττονος· ζηλοτυπίαν δὲ b), λύπην ἐπὶ τῷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ· ἔλεος δὲ c), λύπην ἐπὶ τῷ δοκοῦντι ἀναξίως κακοπαθεῖν· πένθος δὲ, λύπην ἐπὶ θανάτῳ ἀώρῳ· ἄχθος δὲ, λύπην βαρύνουσαν· ἄχος δὲ, λύπην ἀφωνίαν ἐμποιοῦσαν· ἀνίαν δὲ, λύπην κατὰ διαλογισμόν· ὀδύνην δὲ, λύπην εἰσδύνουσαν καὶ καθικνουμένην· ἄσην δὲ, λύπην μετὰ ῥίπτασμοῦ. Τούτων

---

aspectu arrideant, assentior tamen Davisio. Quomodo enim μακαρισμὸς per se ζῆλος vocari possit, non video; cum potius ζῆλον eum commovere posse dicendum sit. Contra ἔνδειαν, *penuriam* (*das Bedürfniss*) μακαρισμοῦ recte dici ζῆλον per se patet. Alteram quoque Davisii emendationem ἤτοι ἄλλου μίμησιν pro καὶ ἔτι ἄλλως μιμησιν ap. Piersonium, etsi haec quoque propius ad vulgatam lectionem accedit, praefero. Nempe si legas ἤτοι, explicatio est praecedentis μακαρισμοῦ ἔνδειαν, triplex autem ζήλου definitio duplex tantum erit, ut adeo consentiat Stobaeus cum Cicerone, cuius verba supra attulimus. Quo ipso patet recte quoque Davisium ἄλλου rescripsisse pro ἀλλως, quo retento verba μίμησις ὡσὰν κρειττονος nihil habent a quo pendeant.

b) Ζηλοτυπία est ap *Cicer. obtrectatio*, seu *aegritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo quod ipse concupiverit. Diog.* ζηλοτυπίαν δὲ, λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι, ἃ καὶ αὐτος ἔχει, quod paululum differt a nostro, in quo ἐπὶ τῷ edidi pro ἐπὶ τό. Praeterea pro ἐπιθυμεῖ *Davis.* l. c. rescribendum ducit ἐπιθύμει, quod tamen non necessarium puto, etsi Ciceronis auctoritate l. c. quodammodo confirmari possit. — Si consensum nostri cum Diogene resti-

potiatur, ipse careas; (dicitur tamen aemulatio et alio sensu, nempe imitatio alterius, quatenus ab eo superamur, ex desiderio ut felices praedicemur orta;) obtrectatio, dolor ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit; misericordia autem, dolor de eo, qui praeter meritum videatur miser; luctus, dolor de morte immatura; aerumna, dolor ingravescens; angor, dolor vocem eripiens; timor, dolor cum ratiocinatione; aegritudo, dolor penetrans; afflictatio, dolor cum iactatione. Horum autem affectuum alios nomine naturam suam indicare, ut

---

restituere velis, suspicari quoque possis, post ἐπιθυμεῖ excidisse μόνος ἔχειν, *aegritudinem alium quoque habere quae solus habere velit.*

c) ἔλεος codd. V. A. E. bene exhibent pro ἐλεῶς ap. Cant. Diogenis explicatio eadem est quae Stobaei, ἔλεον εἶναι λύπην ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. Proximum πένθος apud eum desideratur; *Cicero* vero ut noster, *luctus*, inquit, *est aegritudo ex eius qui carus fuerit, interitu acerbo.* Sequens ἄχθος iisdem verbis explicat Diogenes; Cicero: *angor est aegritudo premens.* Proximum ἄχος apud utrumque deest; ἀνίαν vero ita ut Stob explicat *Diogenes:* λύπην ἐκ διαλογισμῶν μένουσαν ἢ ἐπιτεινομένην, sequentem vero ὀδύνην, λύπην ἐπίπονον; ultima ἄση deest apud utrumque. Omnino Cicero in λύπης generibus distinguendis alios autores secutus esse videtur, post enim *angoris* et *luctus* descriptiones, quas dedimus, sequuntur apud eum: *moeror, aegritudo flebilis; aerumna, aegritudo laboriosa; dolor, aegritudo crucians; lamentatio, aegritudo cum eiulatu; sollicitudo, aegritudo cum cogitatione; molestia, aegritudo permanens; afflictatio, aegritudo cum vexatione corporis; desperatio, aegritudo sine ulla rerum*

των δὲ τῶν παθῶν τὰ μὲν ἐμφαίνειν *d*) τὸ ἐφ' ᾧ γίγνεται, οἷον ἔλεον, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν· τὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς κινήσεως, οἷον ὀδύνην, δεῖμα.

Εὐεμπτωσίαν *e*) δ' εἶναι εὐκαταφορίαν εἰς πάθος *f*), ὡς εἴς τι τῶν παρὰ φύσιν ἔργων, οἷον ἐπιλυπίαν, ὀργιλότητα, φθονερίαν, ἀκροχολίαν καὶ τὰ ὅμοια. Γίγνεσθαι δὲ εὐεμπτωσίας καὶ εἰς ἄλλα ἔργα τῶν παρὰ φύσιν, οἷον εἰς κλοπάς, καὶ μοιχείας, καὶ ὕβρεις, καθ' ἃς κλέπται τε *g*) καὶ ὑβρισταὶ καὶ μοιχοὶ λέγονται. Νάσημα δ' εἶναι δόξαν ἐπιθυμίας ἐξευηκυῖαν εἰς ἕξιν, καὶ ἐνεσκιρῳμένην *h*), καθ' ἣν ὑπολαμβάνουσι τὰ μὴ αἱρετὰ σφόδρα αἱρετὰ εἶναι, οἷον φιλογυνίαν, φιλοινίαν *i*), φιλαργυρίαν· εἶναι δέ τινα καὶ ἐναντία τούτοις τοῖς νοσήμασι κατὰ προσκοπὴν *k*) γινόμενα, οἷον μισογυνίαν, μισαν-

---

exspectatione meliorum; quas quidem aegritudinis species magis ex ipsa natura animi humani petitas esse, facile quilibet concedet.

d) ἐμφαίνει, *ostendit, declarat*, recte codd. V. A. E. pro ἐμβαίνει.

e) Vocabant Stoici affectus *morbos animi*, eosque cum morbis corporis comparare solebant, ita tamen ut saepe in hoc quoque loco ad argutias delaberentur, quod de Chrysippo inprimis dicit *Cicero Tusc.* IV, 10. Tenendum est hoc ad intelligenda ea quae sequuntur, quae ex tali Stoicorum disputatione depromta esse, facile patebit.

f) εὐεμπτωσία est quam *Cicero* l. c. vocat *proclivitatem*, qua alii ad alia, quae contra naturam sunt, sive affectus sive vitia magis propensi sunt. — Ὡς addidi post πάθος, vult enim scriptor: *ad affectum quatenus est* παρὰ φύσιν, ut patet ex proximis, ubi proclivitatem hanc

ut misericordiam, invidentiam, malevolentiam; alios autem commotionis proprietatem, ut dolorem, timorem.

Proclivitatem autem esse facilitatem incidendi in affectus, ut in aliquid quod praeter naturam est, ut aegrotatio, iracundia, invidiositas et his similia. Protendi vero poclivitates ad res quoque alias quae praeter naturam sint, velut furta, adulteria, et iniurias; quatenus fures, adulteri, iniuriosi vocantur. Morbum quoque esse cupiditatis opinionem, in habitum translatam, et quasi callo obductam, secundum quam non eligenda pro valde eligendis habent, ut mulierositatem, ebriositatem, avaritiam; nec non his existere contraria quae offensione aliqua oriuntur, ut

---

hanc ad *alia* quoque *παρὰ φύσιν ἔργα* seu vitia existere dicit.

g) *καθ' ἃς κλεπταί τε* recte codd. V. A. E. pro *καθ' οὓς κλέπτεται* ap. Cant. nisi malis *καθ' ἃ*, ut ad *ἔργα* referatur.

h) *ἐνεσκιῤῥωμένην*, *callo obductam*, recte codd. V. A. pro *ἐνσκιρωμένην* ap. Cant. Aliis verbis idem declarat *Cicero* l. c *Definiunt autem animi aegrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda tanquam valde expetenda, inhaerentem et penitus insitam.*

i) *φιλοινίαν*, *ebriositatem* vertit Cicero, recte codd. V. A. E. pro *φιλονικίαν* ap. Cant.

k) *κατὰ προσκοπήν*, *quae offensione aliqua nascuntur*, bene codd. V. A. E. pro *κατὰ προκοπήν*. Cicero *metum* vocat. *Quae autem*, inquit, *hisce sunt contraria, ea nasci putantur a metu; ut odium mulierum, quale in μισογύνῳ Atilii est; ut in hominum universum genus, quod accepimus*

μισανθρωπίαν. Τὰ δὲ νοσήματα l) μετ' ἀσθενείας συμβαίνοντα, ἀῤῥωστήματα καλεῖσθαι. Κατόρθωμα δ' εἶναι λέγουσι καθῆκον, πάντας ἐπέχον τοὺς ἀριθμούς· ἢ καθάπερ προείπομεν, τέλειον καθῆκον, ἁμάρτημά τε m), τὸ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πραττόμενον, ἢ ἐν ᾧ παραλέλειπταί τι καθῆκον ὑπὸ λογικοῦ ζώου. Τά τε n) ἀγαθὰ πάντα τῶν σπουδαίων εἶναι λέγουσι, καθὸ καὶ τὸν ὠφελοῦντά τινα τῶν πλησίον καὶ ἑαυτὸν ὠφελεῖν. Τήν τε ὁμόνοιαν ἐπιστήμην εἶναι κοινῶν ἀγαθῶν, διὸ καὶ τοὺς σπουδαίους πάντας ὁμονοεῖν ἀλλήλοις o), διὰ τὸ συμφωνεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον· τοὺς δὲ φαύλους διαφωνοῦντας πρὸς ἀλλήλους, ἐχθροὺς εἶναι καὶ κακοποιητικοὺς ἀλλήλων καὶ πολεμίους. Τό, τε δίκαιον φασι φύσει εἶναι καὶ μὴ θέσει. Ἑπόμενον δὲ τούτοις ὑπάρχειν καὶ τὸ πολιτεύεσθαι p) τὸν σοφὸν

---

pimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur; ut inhospitalitas est. Quae omnes aegrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt. Sunt haec Stobaeo quasi instar commentarii; simulque ex iis patet, recte apud eum *μισανθρωπίαν* appellari; ne forte, ut oppositum *τῆς φιλαργυρίας* habeas, *μισαργυρίαν* rescribendum putes.

l) Νοσήματα seu morbos, et ἀῤῥωστήματα seu aegrotationes, Stoicos distinxisse confirmat *Cicero* l. c. *Ex perturbationibus contra primum morbi conficiuntur, quae vocant illi νοσήματα — — deinde aegrotationes, quae appellantur a Stoicis ἀῤῥωστήματα.* Has vero prorsus ut noster definit, l. c. IV, 13. *Aegrotationem vocant morbum cum imbecillitate;* morbum vero, *totius corporis corruptionem.*

Ca-

ut odium mulierum, vini, hominum. Morbos vero cum imbecillitate, aegrotationes vocari. Recte factum autem esse officium omnibus numeris absolutum, vel omnimodo perfectum; peccatum contra, quod praeter rectam rationem fit, vel in quo officii aliquid omissum est ab animali ratione praedito. Omnia praeterea bona sapientum esse dixerunt, quatenus qui alteri prosit, seipsum quoque iuvet. Concordiam vero scientiam esse bonorum communium, quare omnes quoque sapientes inter se concordes esse, cum in iis quae ad vitam pertinent, consentiant. Pravos contra, inter se discordes, inimicos sibi esse invicem ac invicem sese lacessere. Ius vero dicunt natura esse, non constitutione. Sequi autem inde, sapientem quoque ad rempublicam accessurum, et maxime

---

Copiose explicat Stoicorum haec placita *Tiedem. Syst. d. St. Phil.* III, p. 264 &c.

m) ἁμάρτημά τε edidi pro ἁμαρτήματα. Disputaverat de hac divisione, (de qua instar omnium videndus est *Tiedemann.* l. c. p. 302) supra p. 160.

n) Τά, τε edidi ex cod. A. pro τά γε ut nexus constaret. In proximis ante ἑαυτὸν male inseritur ἐφ' ap. Cant. quod recte delent V. A.

o) Habet Cant. πάντα ὁμονοεῖν ἀλλήλως, pro quo codd. V. A. E. πάντας ὁμονοεῖν ἀλλήλοις, quod recepi auctoritatem eorum secutus, etsi πάντα quoque bonum utique sensum praebet.

p) Pro τὸ πολιτεύεσθαι ap. Cant. codd. V. A. E. male habent τὸ μὴ πολιτεύεσθαι. Sapientem enim ad civi-

σοφὸν καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τοιαύταις πολιτείαις ταῖς ἐμφαινούσαις τινὰ προκοπὴν πρὸς τὰς τελείας πολιτείας q), καὶ τὸ νομοτεθεῖν τε, καὶ τὸ παιδεύειν ἀνθρώπους, ἔτι δὲ συγγράφειν r) τὰ δυνάμενα ὠφελεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς γράμμασιν οἰκεῖον εἶναι τοῖς σπουδαίοις, καὶ τὸ συγκαταβαίνειν καὶ εἰς γάμον καὶ εἰς τεκνογονίαν, καὶ αὐτοῦ χάριν καὶ τῆς πατρίδος, καὶ ὑπομένειν περὶ ταύτης, ἐὰν ᾖ μέτρια, καὶ πόνους καὶ θάνατον. Παρακεῖσθαι δὲ τούτοις φαῦλα, τό, τε δημοκοπεῖν, καὶ τὸ σοφιστεύειν, καὶ τὸ συγγράφειν ἐπὶ βλάβῃ s) τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἅπερ εἰς σπουδαίους οὐκ ἂν πέσοι.

Τριχῶς δὲ λεγομένης τῆς φιλίας t), καθ' ἕνα μὲν τρόπον τῆς κοινῆς ἕνεκα χρείας u), καθ' ἣν φίλοι εἶναι λέγονται, ταύτην μὲν οὐ φασι τῶν ἀγαθῶν εἶναι, διὰ τὸ μηδὲν ἐκ διεξηκότων ἀγαθὸν εἶναι κατ'

---

tatem accedere posse docuisse Stoicos et aliunde abunde constat, et ipsa sequentia docent.

q) Eam nempe civitatem accedere putabant ad perfectam in qua mixta sit regia potestas cum democratia et aristocratia. *Diog.* VII, I, 66. πολιτείαν δὲ ἀρίστην, τὴν μικτὴν ἐκ δημοκρατίας, καὶ βασιλείας, καὶ ἀριστοκρατίας.

r) ἔτι δὲ συγγράφειν bene servarunt pro ἐσι δὲ σύγγραφον codd. V. A. qui et statim ante σπουδαίοις addunt τοῖς.

s) ἐπὶ βλάβῃ recte codd. V. A. E. pro ἐπιβλαβον ap. Cant. — Insignem vero locum, qui nostris potius diebus quam Stobaei, vel ipsi Zenonis aetati, scriptus videri potest!

t) Per-

me quidem in tali civitate, quae ad perfectam quodammodo accedat. Leges quoque ferre, et instituere homines, et scripta condere quae legentibus utilia sint, proprium esse sapientis; nec non ad nuptias et liberorum procreationem sese demittere, tum sui ipsius, tum patriae causa, pro qua quoque, si res postulet, labores et mortem ferre sustineat. Opposita autem esse his prava, ut populo blandiri, sophistam agere, inutilia conscribere quae lecturis noceant; quae numquam cadere in sapientem.

Amicitia autem, cum trifariam sumatur, nempe primum communis utilitatis causa, secundum quam amici dicuntur esse, hanc quidem bonis non annumerant, quoniam nullum prorsus bonum secundum eos ex oppo-

---

t) Pergit ad locum *de amicitia*, de qua quam magnifice cogitaverint Stoici aliunde quoque constat, genera tamen eius, quae tria eos posuisse dicit Stobaeus, a nemine alio tam accurate distincta sunt. Primum est amicitia ob utilitatem, quam omnino nullam esse dicebant; alterum κατὰ σχέσιν φιλικὴν, i. e. secundum naturalem propensionem, sive ut *Seneca* vocat *Epist.* IX. *naturalem invitationem*, quam inter bona quidem, sed externa tantum referebant; tertium cum alterum sui ipsius causa tantum diligimus, φιλία περὶ αὐτὸν, quam unice sapienti convenire contendebant, et de qua disputantem inprimis vide *Senecam* l. c.

u) χρείας, *usus* vel *commodi*, rescripsi pro φιλίας, male repetito. In sequentibus ἐκ διεσπασμένων dictum puto pro ἀντικειμένων, *ex oppositis*, seu natura sua diversis. Bonum nempe non provenire posse ex eo, quod natura sua non bonum sit.

κατ' αὐτούς· τὴν δὲ κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον λεγομένην φιλίαν, κατὰ σχέσιν οὖσαν φιλικὴν πρὸς τῶν πέλας, τῶν ἐκτὸς λέγουσιν ἀγαθῶν· τὸν δὲ περὶ αὐτὸν φιλίαν, καθ' ἣν φίλος ἐστὶ τῶν πέλας, τῶν περὶ ψυχὴν ἀποφαίνουσιν ἀγαθῶν. Εἶναι δὲ καὶ καθ' ἕτερον υ) τρόπον κοινὰ τὰ ἀγαθά. Πάντα γὰρ τὸν ὁντινοῦν ὠφελοῦντα ἴσην ὠφέλειαν ἀπολαμβάνειν νομίζουσι παρ' αὐτὸ τοῦτο, μηδένα δὲ φαῦλον μήτε ὠφελεῖσθαι μήτε ὠφελεῖν x). Εἶναι γὰρ τὸ ὠφελεῖν ἴσχειν κατ' ἀρετήν, καὶ τὸ ὠφελεῖσθαι, κινεῖσθαι κατ' ἀρετήν. Οἰκονομικὸν δ' εἶναι λέγουσι μόνον τὸν σπουδαῖον καὶ ἀγαθὸν οἰκονόμον. Ἔτι δὲ χρηματιστικόν y). Τὴν μὲν γὰρ οἰκονομικὴν εἶναι θεωρητικὴν ἕξιν καὶ πρακτικὴν τῶν οἰκῳ συμφερόντων· τὴν δ' οἰκονομίαν, διάταξιν περὶ ἀναλωμάτων καὶ ἔργων, καὶ κτήσεως ἐπιμέλειαν, καὶ τῶν κατ' ἀγρὸν z) ἐργαζομένων. Τὴν δὲ χρηματιστικὴν a), ἐμπειρίαν περιποιήσεως χρημάτων ἀφειδῶς, καὶ ἕξιν ὁμολογουμένως ἀναιρεθεσθαι ποιοῦσαν ἐν συναγω-

γῇ

υ) καὶ καθ' ἕτερον edidi pro καὶ θάτερον ap. Cant. In codd. V. A. E. κάτερον legitur.

x) Verba μήτε ὠφελεῖν, quae desunt ap. Cant. recte supplet V.

y) Apud Cant. male καὶ τὸν ἀγαθὸν οἰκονόμον, ἐσὶ δὲ χρημ. pro quo codd. V. A. E. deleto τὸν pro ἐσὶ recte habent ἔτι.

z) κατ' ἀγρὸν ἐργαζομένων, *quae in agro fiunt*; sic referi-

oppositis constet. Alterum amicitiae genus, quod ex naturali propensione erga alios oritur, bonis externis annumerant; tertium vero, secundum quod amicus est alteri eius ipsius causa, inter animae bona ponunt. Alio quoque modo bona dicunt esse communia; posteaquam qui alterum iuvet, hoc ipso sibi ipse tantumdem prosit. Improbum vero neminem nec iuvare nec iuvari; siquidem iuvare esse nil aliud, quam habere se secundum virtutem; iuvari autem, moveri secundum virtutem. Oeconomicum quoque solum concedunt esse probum, et oeconomum bonum, itemque acquirendi peritum; siquidem oeconomicen esse habitum agentem et contemplantem in re familiari, oeconomiam vero, curam impensarum, et operum, et bonorum, et eorum quae in agris fiunt. Acquirendi autem artem, peritiam operum largiter comparandarum, et habitum qui in negotiis

---

rescribere non dubitavi pro κατ' αὐτὸν ἐργαζ. quod cum Cant. nullo sensu exhibent codd.

a) terum corrupte hic legitur et ap. Cant. et in codd. τὴν δὲ χρηματιστικὴν, ἐμπειρίαν περιποιήσεως χρημάτων· ἀφ' ὧν θέος, καὶ ἔξιν ὁμολογοῦμεν, ὡς ἀναγρέφεσθαι ποιοῦσαν — πρὸς εὐπορίαν. Manum scriptoris assecutus mihi videor rescribendo, interpunctione post χρημάτων sublata, χρημάτων ἀφειδῶς. καὶ ἔξιν ὁμολογουμένως ἀναγρέφεσθαι — πρὸς ἐμπειρίαν. Primum ἀφειδῶς, *insigni copia*, et sensui et litterarum ductibus convenire, nemo non videt; alterum ὁμολογουμένως iungendum est ultimo πρὸς εὐπορίαν, *ita ut conveniens sit ad opes adquirendas.*

γῆ χρημάτων, καὶ τηρήσει, καὶ ἀναλώσει πρὸς εὐπορίαν. Τὸ δὲ χρηματίζεσθαι τινὲς μὲν μέσον εἶπον εἶναι, τινὲς δὲ ἀτεῖον. Φαῦλον δὲ μηδένα προϊστάτην ἀγαθὸν οἴκου γίγνεσθαι, μηδὲ δύνασθαι οἰκίαν εὖ οἰκουμένην b) παρασχεῖν. Μόνον δὲ τὸν σπουδαῖον ἄνδρα χρηματιστικὸν εἶναι, γιγνώσκοντα ἀφ' ὧν χρηματιστέον, καὶ πότε, καὶ πῶς, καὶ μέχρι πότε; Φασὶ δὲ c) μηδέποτε συγγνώμην ἔχειν, καὶ νομίζειν τὸν ἡμαρτηκότα μὴ παρ' αὐτὸν ἡμαρτηκέναι, πάντων ἁμαρτανόντων παρὰ τὴν ἰδίαν κακίαν· d) διὸ καὶ δεόντως λέγεσθαι τὸ μηδὲν συγγνώμην ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Οὐδ' e) ἐπιεικῆ δέ φασι εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, τὸν γὰρ ἐπιεικῆ παραιτητικὸν εἶναι τῆς κατ' ἀξίαν κολάσεως, καὶ τοῦ αὐτοῦ εἶναι f) ἐπιεικῆ τε εἶναι, καὶ ὑπολαμβάνειν τὰς ἐκ τοῦ νόμου τεταγμένας κολάσεις τοῖς ἀδικοῦσι σκληροτέρας εἶναι, καὶ τὸ ἡγεῖσθαι παρὰ τὴν ἀξίαν ἀπονέμειν τὰς κολάσεις τὸν νομοθέτην g). Τόν τε νόμον σπουδαῖον εἶναί φασι, λόγον ὀρθὸν ὄντα προστακτικὸν h) μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν

---

b) εὖ οἰκονουμένην, *bene administratam*; sic rescribere non dubitavi pro εὖ οἰκουμένην *bene habitatam*, quod cum Cant. exhibent codd falso tamen sensu.

c) δὲ addidi ut nexus constaret. Pro μηδέποτε codd. V. A. E. habent μηδέ.

d) Pertinent et haec et alia tum quae praecessere tum quae sequuntur ad decantata illa *paradoxa* Stoicorum, in quibus abusum potius quam usum philosophiae illius agnosces.

e) Οὐδ'

gotiis bene nos versari facit, tum ad opes parandas, tum ad conservandas, et impendendas cum quaestu. Opes parare vero alii medium, alii bonum esse dixerunt. At improbum neminem recte familiae praeesse, nec domum bene administrare; solum enim probum acquirendi esse peritum, quippe qui modum quando, quomodo, et quatenus acquirendum sit, sciat. Nunquam quoque volunt ignoscere probum, nec credere eum qui peccavit non in se peccasse, cum existiment, quicumque peccet, suo vitio peccare; unde recte numquam eum ignoscere peccantibus poni. Nec benignum esse sapientem dicunt, quod benignus iustum supplicium deprecetur, eiusdem enim fore, benignum esse et poenas legibus constitutas credere iusto duriores esse, ac legislatorem contra aequitatem poenas constituisse. Legem quoque bonam existimant, cum sit recta ratio, praecipiens quid faciendis

---

e) Οὐδ' edidi pro οὐκ; in proximis τὸν male repetitur ap. Cant. ante ἄνδρα, quod delent codd V. A qui iidem παραιτητικὸν, *deprecantem*, bene servarunt pro παραιτικον ap. Cant.

f) εἶναι bene supplent codd. V. A. E.

g) Apud Cant. male repetuntur verba τόν τε νομοθέτην, quae recte delent codd. V. A. E.

h) Pro προστακτικὸν codd. V. A. E προτρεπτικὸν eodem sensu. Praetuli tamen prius, quod infra iterum occurrit. Pro σπουδαῖον suspicari posses legendum esse ἀξεῖον, cum statim infra habeas τοῦ δὲ νόμου ἀξείου ὄντος. Verum σπουδαῖον et ἀξεῖον idem indicant in philosophia

τικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων. Τοῦ δὲ νόμου ἀγαθοῦ ὄντος, καὶ ὁ νόμιμος ἀγαθὸς ἀνήρ· i) νόμιμον μὲν γὰρ εἶναι ἄνδρα, τὸν ἀκολουθητικὸν k) τῷ νόμῳ, καὶ πρακτικὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ προσταττομένων· νομικὸν δὲ, τὸν ἐξηγητικὸν τοῦ νομίμου. Μηδένα δὲ τῶν Φαύλων, μηδὲ νόμιμον εἶναι, μήτε νομικόν.

Ἔτι δὲ τῶν ἐνεργημάτων φασὶ τὰ μὲν εἶναι κατορθώματα, τὰ δὲ ἁμαρτήματα, τὰ δ' οὐδέτερα. Κατορθώματα μὲν τὰ τοιαῦτα· Φρονεῖν, σωφρονεῖν, δικαιοπραγεῖν, χαίρειν, εὐεργετεῖν, εὐφραίνεσθαι, φρονίμως περιπατεῖν, πάνθ' ὅσα κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττεται· ἁμαρτήματα δ' εἶναι, τό, τε ἀφραίνειν, καὶ τὸ ἀκολασαίνειν, καὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ λυπεῖσθαι, καὶ τὸ φοβεῖσθαι l), καὶ τὸ κλέπτειν, καὶ καθόλου ὅσα παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττεται. Οὔτε δὲ κατορθώματα οὔτε m) ἁμαρτήματα τὰ τοιαῦτα· λέγειν, ἐρωτᾶν, ἀποκρίνεσθαι, περιπατεῖν, ἀποδημεῖν, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Πάντα δὲ τὰ κατορθώματα δικαιοπραγήματα εἶναι, καὶ εὐνοήματα, καὶ εὐτακτήματα, καὶ εὐεπιτηδεύματα n), καὶ εὐτυχήματα, καὶ

Stoica; nempe *quod naturae convenit*, adeoque vere *bonum* est.

i) Habent Cant. et codd. ἀγαθὸς ἀν. Reſcripſi ἀγαθὸς ἀνὴρ, quod confirmat ſequens νόμιμον ἄνδρα.

k) Habet Cant. καὶ ἀκολουθητικὸν, ſed dubitari nequit reſcribendum eſſe τὸν ἀκολ. Id enim agit ſcriptor ut

faciendum, vetans vero quid omittendum sit. Lex vero cum bona sit, virum quoque legalem bonum fore; legalem enim esse, qui obtemperet legibus, quae praescribunt faciendo; legis peritum vero, qui quid legitimum sit, exponat. Neminem vero improborum neque legalem neque legis peritum esse.

Functionum quoque alias dicunt esse recte facta, alias peccata, alias neutra. Recte facta, ut haec: sapere, temperantem esse, iusta agere, gaudere, benefacere, laetari, prudenter ambulare, verbo omnia, quae secundum rationem fiunt; peccata autem esse, desipere, intemperantem esse, iniuste agere, dolere, timere, furari, ac omnino quae praeter rectam rationem fiunt. Neutra vero talia: dicere, interrogare, respondere, ambulare, peregrinari, et similia. Omnia vero recte facta esse quoque iuste et ordine, et studio, et successu, et feliciter, et suo tempore, et decore facta. Non tamen ideo quoque pru-

---

ut doceat quid sit ὁ νόμιμος, et quid ὁ νομικὸς ἀνήρ. Quare ut statim habes νομικὸν δὲ τὸν &c. sic hic legi debet νόμιμον μὲν τὸν &c. In proximis ap. Cant. quidem male exstat τὸ ἐξηγητικὸν, sed codd. V. A. E. recte hic servarunt τὸν ἐξηγητικόν.

l) Verba καὶ τὸ φοβεῖσθαι supplent V. A. E. Cetera de omni hoc loco de recte et male factis videndus est *Tiedem.* l c. III, p. 302 &c.

m) δὲ, quod ap. Cant. hic inseritur, recte delent codd. V. A. E.

n) ἐνεπιτηδεύματα, *talia quibus recte studemus*, referi-

καὶ εὐδαιμονήματα, καὶ εὐκαιρήματα, καὶ εὐσχημονήματα. Οὐκ ἔτι μέντοιγε φρονιμήματα o), ἀλλὰ μόνα τὰ ἀπὸ φρονήσεως, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, εἰ καὶ μὴ ὠνόμασαι, οἷον σωφρονήματα μὲν τὰ ἀπὸ σωφροσύνης· δικαιώματα δὲ, τὰ ἀπὸ δικαιοσύνης. Τὰ δὲ ἁμαρτήματα ἐκ τῶν ἀντικειμένων ἀδικοπραγήματα, καὶ ἀνοήματα, καὶ ἀτακτήματα. Διαφέρειν p) δὲ λέγουσιν, ὥσπερ αἱρετὸν καὶ αἱρετέον, οὕτω καὶ ὀρεκτὸν καὶ ὀρεκτέον, καὶ βουλητὸν καὶ βουλητέον, καὶ ἀποδεκτὸν καὶ ἀποδεκτέον. Αἱρετὰ μὲν γὰρ εἶναι, καὶ βουλητὰ, καὶ ὀρεκτὰ

---

bere non dubitavi pro ἐπιτηδεύματα, quod ſenſui adverſatur. In proximis ἐυκαιρήματα, *talia quae ſuo tempore fiunt*, vera lectio eſt ap. Cant. etſi vel maxime vox haec lexicographis ignota ſit. Codd. V. A. E. male οὐχ αἱρήματα.

o) Notio τῶν κατορθωμάτων latius patet quam virtutum; ſunt enim multa quae quamvis recte facta ſint, tamen non proprie pertinent ad virtutes. Vult itaque ſcriptor, quamvis rectis factis omnia ea praedicata conveniant, quae modo adduxit, non tamen ea omnibus virtutibus convenire, ſed ſingula tantum ſingulis. — φρονιμήματα, quam formam reliqua poſtulant, reſtitui pro φρονιμεύματα, et ſtatim ὁμοίως reſcripſi pro ὁμοιώσεως.

p) Pertinent quae hic ſequuntur ad argutias illas, quibus multi ex Stoicis ita inhaerebant, ut his ſolis fere delectari viderentur. Difficile eſt interpreti eas extricare, nec admodum operae pretium, niſi quantum ad conſtituendum contextum Stobaei opus eſt. Lucem quodammodo accendet *Cicero Tuſc.* IV, 9. *Diſtinguunt illud etiam ut ſit libido*, (ἐπιθυμία), *earum rerum quae dicuntur de quodam aut quibusdam, quae* κατηγορήματα *dialec-*

tici

prudenter, sed tantum quae a prudentia pendeant, et sic quoque in reliquis virtutibus, si nominibus quoque careant, ut quae de temperantia, quae de iustitia pendent. Peccata vero ex oppositis, iniuste, imprudenter, petulanter facta. Differre autem dicunt ita ut electum et eligendum, sic quoque appetitum et appetendum, et desideratum et desiderandum, et receptum et recipiendum. Electa enim esse, et desi-

---

tici appellant; ut habere divitias, capere honores; indigentia rerum ipsarum est, ut honorum, pecuniae. Est itaque distinctio inter res ipsas quas expetimus, τὰ ὀρεκτὰ, τὰ βουλητὰ &c per se consideratas, seu obiecta; et quatenus habentur seu haberi possunt, i. e. ratione subiecti quatenus praedicata sunt, seu κατηγορήματα, ut τὰ ὀρεκτέα, τὰ βουλητέα &c. Sunt enim proprie κατηγορήματα quae latini vocant praedicata. Haec si teneas, locum ut nunc non apud Cant. modo sed et in codd. legitur non solum mendis depravatum, sed lacunosum quoque esse, facile tibi persuadebis. Quamvis enim nullum nec ap. Cant. nec in codd. lacunae signum sit, tamen post καὶ ὀρεκτὰ nonnulla intercidisse ipsa vulgatae lectionis vestigia docent. Legitur nempe continua serie καὶ βουλητὰ, καὶ ὀρεκτὰ, καὶ ἀποδεκτέα, ubi tamen ἀποδεκτὰ exspectaveris. Perierunt nempe post ὀρεκτὰ verba: καὶ ἀποδεκτὰ τὰ ἀγαθά· αἱρετέα δὲ καὶ βουλητέα καὶ ἀποδεκτέα, a quibus ob Homoioteleuton librarii oculus aberraverat. Erit itaque iam integer locus sic legendus: αἱρετὰ μὲν γὰρ εἶναι καὶ βουλητὰ καὶ ὀρεκτὰ καὶ ἀποδεκτὰ τὰ ἀγαθὰ (vel αὐτὰ τὰ ἀγαθὰ adeoque *res ipsae*, seu *obiecta*;) αἱρετέα δὲ, καὶ βουλητέα, καὶ ὀρεκτέα, καὶ ἀποδεκτέα ἃ (nam ἃ supplevi cum ob praecedentem terminationem periisset;) κατηγορήματα ὄντα παρακείμενά ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς (s. *praedicata*, sensu a Cicerone explicato).

τὰ — — — — καὶ ἀποδεκτέα, ἃ, κατηγορήματα ὄντα, παρακείμενα δ' ἐξὶν ἀγαθοῖς. Αἱρεῖσθαι μὲν γὰρ ἡμᾶς τὰ αἱρετέα, καὶ βούλεσθαι τὰ βουλητέα, καὶ ὀρέγεσθαι τὰ ὀρεκτέα. Κατηγορημάτων γὰρ q) αἵ τε αἱρέσεις καὶ ὀρέξεις καὶ βουλήσεις γίγνονται, ὥσπερ καὶ αἱ ὁρμαί· ἔχειν μέντοι αἱρούμεθα, καὶ βουλόμεθα, καὶ ὁμοίως ὀρεγόμεθα τ' ἀγαθὰ, διὸ καὶ αἱρετὰ καὶ βουλητὰ καὶ ὀρεκτὰ ἀγαθά ἐξι. Τὴν γὰρ φρόνησιν αἱρούμεθα ἔχειν, καὶ τὴν σωφροσύνην· οὐ μὰ Δία τὸ φρονεῖν καὶ σωφρονεῖν, ἀσώματα ὄντα, καὶ οὐ r) κατηγορήματα. Λέγουσι δὲ ὁμοίως καὶ τὰ ἀγαθὰ πάντα εἶναι ὑπομενετὰ καὶ ἐμμενετὰ, καὶ ἀνάλογον s) ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱρετῶν, εἰ καὶ μὴ κατωνόμασαι· τὰ δ' ὠφέλιμα t) πάντα ὑπομενετέα καὶ ἐμμενετέα, καὶ τὰ ὅμοια. Ὡσαύτως δὲ διαφέρειν ὑπολαμβάνουσι καὶ τὰ ἐυλαβητὰ u) καὶ τὰ ἐυλαβητέα, καὶ ἀνυπομενετὰ καὶ ἀνυπομενετέα. Τῶν δ' ἄλλων τῶν κατὰ τὰς κακίας ὁ αὐτὸς λόγος. Πάντα δὲ τὸν ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἄνδρα τέλειον εἶναι λέγουσι, διὰ τὸ μηδεμιᾶς ἀπολείπεσθαι ἀρετῆς. Τὸν δὲ φαῦλον τουναν-

---

q) γὰρ bene habent codd. V. A. E. pro δὲ ap. Cant. Priora enim esse κατηγορήματα clarum est.

r) Certo certius est excidisse hic οὐ quod supplevi, loquitur enim scriptor de rebus ipsis, quae opponuntur κατηγορήμασι, cum modo antea quid sint κατηγορήματα, satis explicasset.

s) καὶ

siderata, et appetita — — — — et recipienda, quae ut praedicata opposita sint bonis. Eligere enim nos eligenda, velle volenda, appetere appetenda. Electiones enim, cupiditates, ut et appetitus circa praedicata esse. Habere autem eligimus, et volumus, et petimus simul bona, quare electa quoque, et desiderata, et appetita, bona esse; prudentiam enim et temperantiam habere cupimus; non hercle sapere et temperantes esse, quippe quae incorporea sunt, et non praedicata. Similiter quoque dicunt, omnia bona esse sustenta, sic ut reliqua electa, si quoque nominibus careant; omnia autem utilia esse sustinenda et retinenda et similia. Sic quoque differre credunt cauta et cavenda, et non sustenta et non sustinenda. Reliquorum vero, quae ad vitia pertinent, eadem est ratio. Prorsus autem virum bonum et honestum perfectum esse dicunt, quod nulla virtute destitutus sit;

---

s) καὶ ἀνάλογον edidi pro κατὰ λόγον ap. Cant. Codd. V. A. E. κατ' ἀνάλογον omissa copula.

t) ὠφέλιμα, *utilia*, bene codd. V. A. E. pro ὠφελήματα ap. Cant. Stoici quomodo bona et utilia distinxerint, res nota est. cf. *Tiedem.* l. c. III, p. 35.

u) Manca ap. Cant. iterum oratio, ubi καὶ τὰ ἐυλαβητέα καὶ ἀνυπομενετέα pro καὶ τὰ ἐυλαβητὰ, (sic enim edidi pro ἐυλαβῆ) καὶ ἐυλαβητέα, καὶ τὰ ἀνυπομενετὰ καὶ ἀνυπομενετέα, quae supplent codd. V. A. E.

ναντίον ἀτελῆ, διὰ τὸ μηδεμιᾶς μετέχειν ἀρετῆς. Διὸ καὶ πάντως εὐδαιμονεῖν ἀεὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ Φαύλους κακοδαιμονεῖν· καὶ τὴν [ἐκείνων] *v*) εὐδαιμονίαν μὴ διαφέρειν τῆς θείας εὐδαιμονίας, μηδὲ τὴν ἀμεριμνίαν ὁ Χρύσιππός φησι διαφέρειν τῆς τοῦ Διὸς εὐδαιμονίας, κατὰ μηδὲν γὰρ *x*) αἱρετωτέραν εἶναι, μήτε καλλίω, μήτε σεμνοτέραν τὴν τοῦ Διὸς εὐδαιμονίαν τῆς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. Ἀρέσκει γὰρ τῷ τε Ζήνωνι καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ *y*) Στωϊκοῖς Φιλοσόφοις, δύο γένη τῶν ἀνθρώπων εἶναι, τὸ μὲν τῶν σπουδαίων, τὸ δὲ τῶν Φαύλων· καὶ τὸ μὲν τῶν σπουδαίων διὰ παντὸς τοῦ βίου χρῆσθαι *z*) ταῖς ἀρεταῖς, τὸ δὲ τῶν Φαύλων ταῖς κακίαις. Ὅθεν τὸ μὲν ἀεὶ κατορθοῦν ἐν ἅπασιν *a*) οἷς προστίθεται, τὸ δὲ ἁμαρτάνειν· καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον, ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίαις χρώμενον ἐν τοῖς πραττομένοις ὑπ' αὐτοῦ παντ' *b*) εὐποιεῖν, καθάπερ φρονίμως, καὶ σωφρόνως, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετάς· τὸ δὲ Φαῦλον *c*) κατὰ τουναντίον, κακῶς. Καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον μέγα εἶναι, καὶ ἀδρὸν καὶ ὑψηλὸν, καὶ ἰσχυρόν. Μέγα μὲν, ὅτι δύναται ἐφικνεῖσθαι *d*) τῶν κατὰ προαίρεσιν ὄντων αὐτῷ καὶ προκει-

---

v) ἐκείνων vel ἀγαθῶν excidisse res ipsa docet.

x) κατὰ μηδὲν γὰρ referipsi pro κατὰ μηδένα ex codd. V. A. qui recte μηδὲν, omissa tamen particula.

y) ἀπ' αὐτοῦ edidi pro ὑπ' αὐτοῦ.

z) Ma-

sit; pravum contra imperfectum, quod nullam virtutem habeat. Felices inde omnimodo quoque esse viros bonos; pravos vero infelices. Eorum vero felicitatem non a divina differre, nec eorum securitatem Iovis securitate minorem esse dicit Chrysippus, siquidem Iovis felicitas nullo modo magis eligenda, magis praeclara et magis honesta sit, quam illa sapientum. Placet enim Zenoni et reliquis Stoicis, duo esse genera hominum, alterum bonorum, alterum pravorum; quorum illud per totam vitam virtutem colat; hoc vitia; ideoque illud semper recte agat, hoc peccet; et illud quidem vitae usu adhibito probe omnia gerat, ut prudenter, temperanter, et secundum alias virtutes; hoc vero e contrario male; et illud quidem magnum sit, amplum, excelsum, et validum. Magnum quidem, quod proposita sibi obtinere queat; amplum, quod undique sit auctum; excel-

---

2) Male hic inseritur καὶ, quod omittunt codd. V. A. E.

a) Iterum hic male intrusum est ἀνθρώποις ap. Cant. quod omittunt codd. V. A. qui iidem recte προστίθεται, *quae aggreditur*, pro προτίθεται ap. Cant.

b) πάντ' bene supplent codd. V. A. E.

c) Habet Cant. τὸν δὲ Φαῦλον, sed praecedentia postulant τὸ δὲ Φαῦλον nempe γένος. Nisi omnino malis τὸ δὲ σπουδαίων — τὸ δὲ Φαύλων, quod equidem praetulerim.

d) ἐφικνεῖσθαι, *attingere*, recte codd. V. A. E. pro ἀφικνεῖσθαι.

κειμένων· ἀθρὸν δὲ, ὅτι ἐξὶν ἠυξημένον e) πάντοθεν· ὑψηλὸν δὲ, ὅτι μετείληφθαι ἐπιβάλλοντος ὕψους ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ σοφῷ· καὶ ἰσχυρὸν δὲ, ὅτι τὴν ἐπιβάλλουσαν ἰσχὺν περιπεποίηται, ἀήττητος f) ὢν καὶ ἀκαταγώνιστος, παρὸ καὶ οὔτε ἀναγκάζεται ὑπό τινος οὔτε ἀναγκάζει τινὰ, οὔτε κωλύεται οὔτε κωλύει, οὔτε βιάζεται ὑπό τινος, οὔτ' αὐτὸς βιάζει τινά, οὐ δεσπόζει οὔτε δεσπόζεται, οὔτε κακοποιεῖ τινα, οὔτ' αὐτὸς κακοποιεῖται, οὔτε κακῶς g) περιπίπτει, οὔτε ἀπατᾶται, οὔτε ἐξαπατᾷ ἄλλον, οὔτε διαψεύδεται, οὔτε ἀγνοεῖ, οὔτε λανθάνει ἑαυτὸν, οὔτε καθόλου ψεῦδος ὑπολαμβάνει, εὐδαίμων δ' ἐξὶ μάλιξα καὶ εὐτυχὴς, καὶ μακάριος, καὶ ὄλβιος, καὶ εὐσεβὴς, καὶ θεοφιλὴς, καὶ ἀξιωματικὸς, βασιλικός τε, καὶ ςρατηγικὸς, καὶ πολιτικὸς h), καὶ οἰκονομικὸς, καὶ χρηματιξικός· τοὺς δὲ φαύλους ἅπαντα τούτοις ἐναντία ἔχειν. Καθόλου δὲ τοῖς μὲν σπουδαίοις πάντα τ' ἀγαθὰ ὑπάρχειν, τοῖς δὲ φαύλοις πάντα τὰ κακά. Οὐ νομιξέον δὲ λέγειν αὐτοὺς οὕτως, ὡς εἴτινά ἐξιν ἀγαθὰ, ἐκεῖνα ὑπάρχει i) τοῖς σπουδαίοις, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν· ἀλλ' οὕτω, τοὺς μὲν τοσαῦτα ἔχειν ἀγαθὰ ὥξε μηδὲν ἐλλείπειν εἰς τὸ τέλειον εἶναι αὐτοῖς τὸν βίον, τοὺς δὲ τοσαῦτα κακὰ, ὥξε τὸν βίον ἀτελῆ εἶναι καὶ κακοδαίμονα. Τὴν δ' ἀρετὴν πολλοῖς ὀνόματι προσαγορεύουσιν. Ἀγαθόν τε γὰρ λέγουσιν

αὐτὴν

excelsum vero, quod iustam altitudinem sapienti convenientem assequatur; validum vero, quod iustas vires nactum sit, invictum existens, et insuperabile, ideoque a nemine nec cogatur, nec cogat, nec prohibeatur nec prohibeat, nec superetur ab aliquo, nec superet, nec pareat nec imperet, nec iniuriam inferat nec accipiat, nec decipiatur nec decipiat, nec fallat nec fallatur; nec ignoret nec lateat se ipsum; nec omnino falsum admittat; verum beatum, felix, fortunatum, sanctum, et pium, dignitate plenum, regium, rei bellicae, politicae, oeconomicae et quaestuariae peritum. Pravum vero omnibus praeditum esse contrariis. Omnino autem bonis omnia bona, pravis omnia mala adesse. Non tamen putandum ita eos dicere, omnia quicquid est bonorum adesse probis si nonnullis fruantur, et sic quoque mala pravis; sed illud tantum, illos tot habere bona ut nihil iis desit ad beate vivendum, hos tanta mala, ut vita eorum imperfecta et misera sit. Virtutem vero variis nominibus appellant. Vocant enim eam bonum, quod

---

e) ἠυξημένου rescripsi pro ἠυξημένος.

f) Exspectabam ἀήττητον ὂν et sic porro, cum proprie a γένος pendeat. Sed mutasse videtur genus, subintelligendo τὸν ἄνδρα σοφόν.

g) κακῶς recte exhibent codd. V. A. E. pro καλῶς.

h) καὶ πολιτικὸς supplent codd. V. A. E.

i) ὑπάρχει recte codd. V. A. pro ὑπάρχειν.

αὐτὴν *k*), ὅτι ἄγει ἡμᾶς ἐπὶ τὸν ὀρθὸν βίον· καὶ ἀρεστὸν, ὅτι δοκιμαστόν ἐστιν ἀνυπόπτως· καὶ πολλοῦ ἄξιον, ὅτι *l*) ἀνυπέρβλητον ἔχει τὴν ἀξίαν· καὶ σπουδαῖον, ἄξιον γὰρ εἶναι πολλῆς σπουδῆς· καὶ ἐπαινετὸν, εὐλόγως γὰρ ἄν τις αὐτὴν ἐπαινοίη· καὶ καλὸν, ὅτι πρὸς ἑαυτὴν καλεῖν *m*) πέφυκε τοὺς ὀρεγομένους αὐτῆς· καὶ συμφέρον, φέρειν γὰρ τοιαῦτα ἃ συντείνει πρὸς τὸ εὖ ζῆν· καὶ χρήσιμον, ὅτι ἐν τῇ χρείᾳ ὠφέλιμόν ἐστι· καὶ αἱρετὸν, συμβαίνει γὰρ ἀπ' αὐτῆς ἃ εὐλόγως ἐστὶν αἱρεῖσθαι· *n*) καὶ ἀναγκαῖον, ὅτι παροῦσά τε ὠφελεῖ, καὶ μὴ παρούσης οὐκ ἔστιν ὠφελεῖσθαι· καὶ λυσιτελὲς, τὰς γὰρ ἀπ' αὐτῆς ὠφελείας κρείττους εἶναι τῆς πραγματείας τῆς εἰς ταύτας συντεινούσης· καὶ αὐταρκες, ἐξαρκεῖν γὰρ τῷ ἔχοντι· καὶ ἀνενδεὲς, ὅτι ἐνδείας ἀπαλλάττει πάσης· καὶ ἀποχρῶν, διὰ τὸ ἐν τῇ χρήσει ἱκανὸν εἶναι *o*), καὶ διατείνειν εἰς πᾶσαν τὴν κατὰ τὸν βίον χρείαν. Τῶν τε ἀγαθῶν μηδενὸς μετέχειν τοὺς φαύλους, ἐπειδὴ τὸ ἀγαθὸν ἀρετή ἐστιν, ἢ τὸ *p*) μετέχον ἀρετῆς, τά, τε παρακείμενα τοῖς ἀγαθοῖς, ἅπερ ἐστὶν ὧν χρὴ, ὠφελήματα ὄντα, μόνοις τοῖς σπουδαίοις συμβαίνειν· καθάπερ καὶ τὰ παρα-

---

k) αὐτὴν recte codd. V. A. E. pro αὐτόν.

l) Addidi ὅτι, quod male exciderat.

m) Ludit in etymologia vocis καλὸν, quod a καλεῖν derivat.

n) αἱ-

quod ad rectam viam nos ducat; probatum, quod contra omnem controversiam probatur; magni aestimandum, quod dignitas eius superari nequeat; σπουδαῖον, quod multo studio digna sit; laudabile, quod recte quis eam laudet; et honestum, quod quasi ad se invitet qui eam cupiunt; et commodum, conferre enim multum ad bene vivendum; et utile, usu enim probatam esse; et electum, ex ea enim provenire, quae recte quis eligat; et necessarium, quod et praesens prosit, nec ea absente prosit quicquam; et frugiferum, quod usum labore potiorem habeat; et sufficiens, quod ipsa praedito sufficiat; et nunquam indigens, quod omnem tollat inopiam, et abundans, quod in usu sufficiat, et omnia quae ad vitae commoda pertinent, praebeat. Boni quoque nullius participes esse improbos, cum bonum proprium sit virtutis vel eorum quae cum virtute sunt; quaeque bonis adiuncta sunt, quae videlicet oporteat, cum sint commoda, solis probis tribui; ut quoque quae malis adiuncta sunt, quae videlicet non opor-

---

n) αἱρεῖσθαι, sic recte codd. V. A. E. pro ἐυρεῖσθαι ap. Cant.

o) ἐν τῇ χρήσει ἱκανὸν εἶναι, *quod in usu sufficiat*, bene servarunt codd. V. A. pro ἐν τῇ χρίσει κοινὸν εἶναι.

p) ἢ τὸ sic bene codd. V. A. pro καὶ τὸ ap. Cant. Cum enim notio τοῦ ἀγαθοῦ latius pateret apud Stoicos quam illa virtutis, ita illud definiebant ut vel sit virtus, vel pertinens ad virtutem. cf. *Tiedem.* l. c. III, p. 54.

παρακείμενα τοῖς κακοῖς, ἅπερ ἐστὶν ὧν q) οὐ χρὴ, μόνοις τοῖς κακοῖς. Βλάμματα γὰρ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἀβλαβεῖς πάντως r) εἶναι κατ' ἀμφότερα, οὔτε βλάπτειν οἵους τε ὄντας, οὔτε βλάπτεσθαι, τοὺς δὲ φαύλους κατὰ τουναντίον. Τὸν δὲ κατ' ἀλήθειαν πλοῦτον ἀγαθὸν εἶναι λέγουσι, καὶ τὴν κατ' ἀλήθειαν πενίαν, κακόν. Καὶ τὴν μὲν κατ' ἀλήθειαν ἐλευθερίαν, ἀγαθὸν, τὴν δὲ κατ' ἀλήθειαν δουλείαν, κακόν. Διὸ δὴ καὶ τὸν σπουδαῖον εἶναι μόνον πλούσιον, καὶ ἐλεύθερον, τὸν δὲ φαῦλον τουναντίον πένητα, τῶν εἰς τὸ πλουτεῖν ἀφορμῶν ἐσερημένον, καὶ δοῦλον, διὰ τὴν ὑποπτωτικὴν ἐν αὐτῷ διάθεσιν· τὰ δ' ἀγαθὰ πάντα κοινὰ εἶναι τῶν σπουδαίων, τῶν δὲ φαύλων τὰ κακά. Διὸ καὶ τὸν ὠφελοῦντά τινα, καὶ ἑαυτὸν ὠφελεῖσθαι, τὸν δὲ βλάπτοντα, καὶ ἑαυτὸν βλάπτειν. Πάντας δὲ τοὺς σπουδαίους ὠφελεῖν ἀλλήλους s), οὔτε φίλους ὄντας ἀλλήλων πάντως, οὔτε εὐνους, οὔτε t) εὐδοκίμους, οὔτε ἀποδεχομένους, παρὰ τὸ μήτε καταλαμβάνεσθαι, μήτε ἐν ταυτῷ κατοικεῖν τόπῳ, εὐνοητικῶς μέντοιγε πρὸς u) ἀλλήλους διακεῖσθαι, καὶ φιλικῶς, καὶ δοκιμαστικῶς, καὶ ἀποδεκτικῶς, τοὺς δ' ἄφρονας ἐν τοῖς ἐναντίοις τούτων ὑπάρχειν. Τοῦ δὲ νόμου ὄντος σπουδαίου, καθάπερ εἴπομεν, ἐπειδὴ υ) λόγος ὀρθός ἐστι μὲν προστακτικὸς ὧν ποιητέον,

q) ὧν recte addunt codd. V. A. E.

r) πάν-

oporteat, ſolis improbis. Eſſe enim haec incommoda, ideoque bonos omnes noxa carere, duplici quidem ſenſu, cum eam nec dent, nec accipiant; improbos autem e contrario ſe habere. Veras autem divitias bonum eſſe dicunt, et veram paupertatem, malum. Ideo ſapientem quoque unice divitem eſſe, et liberum, pravum autem e contrario pauperem, cum occaſione diteſcendi careat, et ſervum propter abiectam affectionem. Bona vero omnia communia eſſe inter probos, ut mala inter pravos; ideoque tum qui alicui proſit ſibi prodeſſe, tum qui obſit, ſibi obeſſe. Omnes quoque probos ſeſe invicem iuvare, quamvis nec amicitia, nec benevolentia, nec celebritate, nec hoſpitalitate coniuncti ſint, cum nec conſvetudinem habeant, nec in eodem loco habitent; ſed quod amice, et familiariter, et hoſpitaliter inter ſe affecti ſint; ſtultos vero in contrariis verſari. Lex autem cum proba ſit, ut diximus, ſiquidem recta ratio eſt, praeſcribens quid faciendum, vetans quid non

---

r) πάντως ſupplet cod. A.

s) ἀλλήλους codd. V. A. E. pro ἀλλήλοις ap. Cant.

t) οὗτος, quod ſenſus poſtulat, ſupplere non dubitavi.

u) Verba πρὸς ἀλλήλους διακεῖσθαι καὶ φιλικῶς καὶ δοκιμαστικῶς καὶ ἀποδεκτικῶς, quae deſiderantur ap. Canr. ſupplent codd. V. A. E.

v) Si lectio ſana eſt, verba ἐπειδὴ — οὐ ποιητέον ſine interpunctione legenda ſunt, ut ſenſus ſit: *ſiquidem recta ratio*

ητέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέον, μόνον τὸν σοφὸν εἶναι λέγουσι νόμιμον, πρακτικὸν ὄντα τῶν ὑπὸ τοῦ νόμου προσταττομένων, καὶ μόνον ἐξηγητικὸν τούτου, διὸ καὶ νομικὸν εἶναι, τοὺς δὲ ἠλιθίους ἐναντίως ἔχειν. Ἀξείοις x) δ' ἔτι καὶ τὴν ἀρχὴν κατανέμουσι ἢ ἐπιστασίαν καὶ τὰ ταύτης εἴδη, βασιλείαν, στρατηγίαν, ναυαρχίαν, καὶ τὰς ταύταις παραπλησίους y). Κατὰ τοῦτο δὴ καὶ μόνος ὁ σπουδαῖος ἄρχει, καὶ εἰ μὴ πάντως κατ' ἐνέργειαν, κατὰ διάθεσιν δὲ καὶ πάντως z). Καὶ πειθαρχικὸς μόνος a) ὁ σπουδαῖος ἐστὶν, ἀκολουθητικὸς ὢν ἄρχοντι. Τῶν δ' ἀφρόνων οὐδεὶς τοιοῦτος· οὔτε γὰρ ἄρχειν οὔτε ἄρχεσθαι οἷός ἐστιν ὁ ἄφρων, ἀυθάδης τις ὢν, καὶ ἀνάγωγος. Πάντα τε εὖ ποιεῖ ὁ νοῦν ἔχων, καὶ γὰρ φρονίμως, καὶ ἐγκρατῶς, καὶ κοσμίως, καὶ ἐυτάκτως ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίαις χρώμενος συνεχῶς. Ὁ δὲ φαῦλος, ἄπειρος ὢν τῆς ὀρθῆς χρήσεως, πάντα κακῶς ποιεῖ καθ' ἣν ἔχει διάθεσιν ἐνεργῶν, εὖ μετάπτωτος b) ὢν, καὶ παρ' ἕκαστα

---

ratio (quae est lex) *iubeat quae facienda et prohibeat quae non agenda*; attamen praeferrem transposita μὲν particula: ἐπειδὴ λόγος ὀρθός ἐστι, προστακτικὸς μὲν ὢν ποιητέον &c.

x) Legitur ap. Cant. ἀξεῖος δ' εἶναι καὶ τὴν ἀρχὴν κατανέμουσαν ἐπισασίαν, nullo sensu. In codd. nihil praesidii, nisi quod V. ἀξεῖως exhibeat pro ἀξείοις. Rescripsi ἀξείοις δ' ἔτι καὶ τὴν ἀρχὴν κατανέμουσι ἢ ἐπισασίαν, *sapientibus imperium et magistratus concedunt*, antiquae lectionis vestigiis

non faciendum, solum quoque sapientem legitimum dicunt, quippe qui, quae lege praescripta sint, faciat; solumque eius interpretem, cum solus sit legis peritus, stultos autem e contrario. Probis quoque imperium convenire, vel praefecturam eiusque species; regnum, praeturam, classis imperium, et his similia. Ideoque solum sapientem imperare, ut non re vera omnem, ita affectione quemlibet. Solum quoque sapientem parere nosse, cum improbum nemo nec imperare nec parere possit, quippe qui sint superbi, et intractabiles. Recte quoque cuncta sapientem agere, et prudenter, et moderate, et modeste, et composite, perpetuo vitae usu adhibito. Improbum contra, recti usus imperitum, omnia male agere, suum habitum sequentem, natura varium, ac plerumque poenitentia ductum. Esse vero

---

giis insistens. Quod ad rem ipsam attinet, affirmat illam ut multa alia hic a sapiente praedicata, quae singula aliorum testimoniis fulcire supervacaneum duxi, *Diog.* VII, 1, 64.

y) τὰς ταύταις παραπλησίους bene codd. V. A. pro καὶ ταύταις παραπλησίως ap. Cant.

z) Habet Cant. καὶ εἰ μὴ πάντως κατ' ἐνεργείαν, κατὰ διάθεσιν δὲ καὶ πάντες. Legendum est vel bis πάντες, vel bis πάντως, quod confirmare videtur cod. A. dubitare enim licet, num πάντως vel πάντας ibi scriptum sit. Exhibui prius, quod magis convenire videtur.

a) μόνος edidi pro μόνον.

b) εὖ μετάπτωτος pro οὐ μετάπτωτος, quod iam in marg. annotaverat Cant. confirmant codd. V. A.

ἕκαστα μεταμελείᾳ συνεχόμενος c). Εἶναι δὲ τὴν μεταμέλειαν, λύπην d) ἐπὶ πεπραγμένοις ὡς παρ' αὐτοῦ ἡμαρτημένοις, κακοδαιμονικόν τι πάθος ψυχῆς καὶ σασιῶδες· ἐφ' ὅσον γὰρ ἄχθεται τοῖς συμβεβηκόσιν ὁ ἐν ταῖς μεταμελείαις ὤν, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγανακτεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὡς αἴτιον γεγονότα τούτων· διὸ καὶ ἄτιμον εἶναι πάντα φαῦλον, μήτε τιμῆς ἄξιον ὄντα, μήτε τίμιον ὑπάρχοντα. Τὴν γὰρ τιμὴν εἶναι γέρως e) ἀξίωσιν, τὸ δὲ γέρας ἆθλον ἀρετῆς ἐυεργετικόν. Τὸ οὖν ἀρετῆς ἀμέτοχον, ἄτιμον δικαίως λέγεσθαι. Λέγουσι δὲ f) καὶ Φυγάδα πάντα φαῦλον εἶναι, καθόσον ςέρεται νόμου καὶ πολιτείας, κατὰ φύσιν ἐπιβαλλούσης. Τὸν γὰρ νόμον εἶναι g), καθάπερ εἴπομεν, σπουδαῖον, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πόλιν. Ἱκανῶς δὲ καὶ Κλεάνθης περὶ τὸ σπουδαῖον εἶναι τὴν πόλιν, λόγον ἠρώτησε τοιοῦτον· h) Πόλις μὲν εἰ ἔςιν δικαςηρίου κατασκεύασμα,

---

spectum exhibeat, post morum disciplinam enim subiungit quoque generalia de *oeconomica* et *politica*. Hausta sunt quidem haec praecipue ex ipsis Aristotelis scriptis, quae nobis adhuc supersunt; attamen praeter Aristotelem aliorum quoque scripta eum consultasse, tum res ipsa docet, (laudat enim Theophrastum, et placita priorum Peripateticorum a serioribus distinguit;) tum ipsa inscriptio: Ἀριστοτέλους καὶ τῶν λοιπῶν Περιπατητικῶν περὶ τῶν ἠθικῶν, sic enim plene eam exhibent codd. V. A. E. cum apud Cant. male τῶν λοιπῶν περιπατητικῶν περὶ τῶν ἠθικῶν, omisso Ἀριστοτέλους καὶ exhibitum sit.

c) Nempe Aristoteles. Respicit ad ea quae Stagirita disputat *Eth.* II, 1. et *Magn. Moral.* I, 5. 6.

d) ἐθι-

dederit, ea more ac recta institutione perfici, ut adeo ἠθικὴ vera sit ἐθική. Cerni autem tantum in animantibus, potissimum autem in homine. Reliqua enim non ratione sed necessitate induere consvetudinem, hominem ratione, parte scilicet animae ex consvetudine ad rationis praecepta sese formante. Ratione privatam autem dici animae partem, non quae prorsus ratione careat, sed quae subiecta sit rationi; affectuum nempe domicilium, virtutem admittens. Animae enim partem alteram esse ratione praeditam, alteram privatam; illam quae iudicium, hanc quae appetitum continet. Ac prioris quidem alteram partem, quae circa ipsam naturam ac res divinas versatur scientiam vocari; alteram quae circa negotia humana et actiones, voluntatem. Posterioris vero unam esse speciem in nobis, nempe appetitum seu cupiditatem;

---

d) ἐθικὴν, quod deest ap. Cant. supplent codd. V. A. E.

e) λοιπὰ, iterum bene supplent codd. V. A. E. Sunt vero hic τὰ ζῶα ἄλογα.

f) Mancus erat hic locus ap. Cant. ubi non modo δὲ ante ἄνθρωπον exciderat, sed post λόγῳ desiderantur quoque verba: πλαττόμενον ἐκ τοῦ ἐθισμοῦ, μέρους τῆς ψυχῆς ἀλόγου διακειμένου κατὰ τὸν λόγον. Ἄλογον (sic enim rescripsi sensu iubente pro λόγον,) δὲ λέγεσθαι ψυχῆς μέρος οὐ τὸ καθάπαξ ἄλογον, ἀλλὰ τὸ οἷόν τε πείθεσθαι λόγῳ, quae integra exhibent codd. V. A. E.

g) δὲ, quod nexus sermonis flagitat, supplevi.

h) Habet Cant. et cum eo codd. τῶν ἐν ἡμῖν, nullo, quod video, sensu! Qui enim dici potest appetitum cu-

τὸ δὲ πρὸς τοὺς πλησίον οἷον ἀμυντικὸν, θυμικόν. Ὥστε διττὸν εἶναι καὶ τῶν ἀρετῶν τὸ εἶδος, τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δ' ἄλογον i), ἐπειδὴ καὶ ταῦτα πέφυκε μὲν κατὰ θεωρίαν καὶ πρᾶξιν k), ἔθεν καὶ τὴν ἠθικὴν l) ἀρετὴν οὐκ εἶναι μὲν ἐπιστήμην, προαιρετικὴν δὲ τῶν καλῶν ὑπάρχειν. Ἐκ τριῶν δὲ συμβεβηκέναι ἀρετὴν τελειοῦσθαι, φύσεως, ἔθους, λόγου. Τὸν γὰρ ἄνθρωπον, διαφέροντα κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν τῶν ἄλλων ζώων, διὰ τὸ, μεταξὺ τῶν ἀθανάτων ὄντα καὶ τῶν θνητῶν, κοινωνίαν ἐξῆφθαι πρὸς ἄμφω, πρὸς μὲν τὰ λογικὰ, τῷ κατὰ τὴν ψυχὴν θείῳ, πρὸς δὲ τὰ ἄλογα, τῷ κατὰ τὸ σῶμα θνητῷ, κατὰ λόγον ἀμφοῖν τῆς τελειότητος m) ἐφίεσθαι. Καὶ πρῶτον μὲν ὀρέγεσθαι τοῦ εἶναι n), φύσει γὰρ ᾠκειῶσθαι πρὸς ἑαυτὸν, διὸ καὶ προσηκόντως μὲν ἀσμενίζειν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν, δυσχεραίνειν δὲ ἐπὶ τοῖς παρὰ φύσιν. Τήν τε γὰρ ὑγείαν περι-

---

pere quae in nobis sunt? Rescripsi τὸ ἐν ἡμῖν, *appetitum naturae nostrae inditum.*

i) Duplex ponit Aristoteles virtutum genus, λογικὸν, quod non in moderandis affectionibus constat, sed ad Φρόνησιν pertinet, ἄλογον alterum, quod circa τὰ πάθη, quae ad ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς pertinent, versatur. cf. *Ethic.* I, 5. fin. Illas vocat ἀρετὰς διανοητικὰς, has vero ἠθικάς.

k) Habent Cant. et codd. ἐπειδὴ καὶ ταῦτα πεφύκαμεν θεωρίαν καὶ πρᾶξιν, nullo sensu. Edidi: ἐπειδὴ καὶ ταῦτα πέφυκε μὲν κατὰ θεωρίαν καὶ πρᾶξιν, *cum utrumque virtutis genus et theoriam et praxin postulat*; nempe quod

tatem; alteram, iniuriam ab aliis illatam propulsantem, iram. Duplex inde quoque virtutum genus consistere, alterum ratione coniunctum, alterum ab ea remotum; quae utraque et theoriam contineant et praxin, unde ethicam quoque virtutem non esse scientiam, sed in eligendis honestis consistere. Tribus porro rebus virtutem absolvi, natura, more ac ratione. Homo enim, cum a reliquis animalibus tum animo tum corpore differat, quatenus inter divina et bruta positus, cum utrisque societate coniungatur, cum illis animo, cum his corpore, utriusque cum curatione perfectionem attingere studet. Primum enim appetit *esse*, natura enim eum sibi ipsi bene velle, quare ea recte diligere quae secundum naturam sunt, reiicere autem quae contra naturam. Si-

qui-

---

quod virtus, ut statim subiungit, non quidem scientia sit, quippe quae, ut modo dixerat, tantum circa divina et quae ad animam spectant, versatur; sed tamen electionem eius quod faciendum vel non faciendum sit, secundum praecepta institutam, postulet.

l) τὴν ἠθικὴν codd. V. A. E. pro τοῦ ἠθικοῦ ap. Cant.

m) τῆς τελειότητος recepi ex codd. V. A. E. pro τὴν τελειότητα; solet enim ἐφίεσθαι iungi genitivo v. Steph.

n) Quae iam sequuntur conferenda inprimis sunt cum Ciceronis disputatione, qua Peripatheticorum placita de moribus exponit, *de finib.* V. 9 &c. Capit vero is exordium unde quoque Stobaeus, nempe de primo appetitu naturae, quo omnia ita affecta sunt, ut se conservent ac tueantur; porro vero eo tendere, ut secundum naturam vivant, et natura cuiusque expleatur.

περιποεῖσθαι σπουδάζειν, καὶ τῆς ἡδονῆς πότον ἔχειν, καὶ τοῦ ζῆν ἀντιποιεῖσθαι o), τῷ ταῦτα μὲν εἶναι κατὰ Φύσιν, καὶ αὐθαίρετα, καὶ p) ἀγαθά. Κατὰ δὲ ταναντία τὴν νόσον, καὶ τὴν ἀλγηδόνα, καὶ τὴν Φθορὰν διακρούεσθαι καὶ περικλίνειν, τῷ παρὰ Φύσιν ὑπάρχειν, καὶ διὰ ταῦτα Φευκτὰ καὶ κακά. Φίλον γὰρ εἶναι ἡμῶν τὸ σῶμα, Φίλην δὲ τὴν ψυχὴν, Φίλα δὲ τὰ τούτων μέρη, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰς ἐνεργείας, ὧν κατὰ τὴν πρόνοιαν τῆς σωτηρίας τὴν ἀρχὴν γίγνεσθαι τῆς ὁρμῆς, καὶ τοῦ καθήκοντος, καὶ τῆς ἀρετῆς. Εἰ μὲν γὰρ περὶ τὰς τῶν εἰρημένων q) αἱρέσεις καὶ Φυγὰς μηδεμία συνέβαινε πλάνη καθάπαξ, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἐπίβολοι r), τῶν δὲ κακῶν ἄμοιροι διετελοῦμεν ὄντες, οὐδέποτ' ἂν τὴν ὀρθὴν καὶ ἄπταιστον ἐν τούτοις ἐπιζητήσαιμεν s) ἐκλογήν. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις δι' ἄγνοιαν περὶ τὰς αἱρέσεις καὶ Φυγὰς ἀπατώμεθα, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ παραπέμπομεν, τοῖς κακοῖς δ' ὡς ἀγαθοῖς ἐντυγχάνομεν, ἀναγκαίως τὴν t) τῆς ἐπικρίσεως βέβαιον εἴδησιν ἐπεζητήσαμεν, ἣν καὶ σύνοδον εὑρόμενοι τῇ Φύσει, διὰ τὸ τῆς ἐνεργείας μεγαλοπρεπὲς, ἀρετὴν προσηγορεύσαμεν, καὶ μόνως, ὡς

o) Habet Cant. τὸ ζῆν ἀναποιεῖσθαι, pro quo cod. V. bene τοῦ ζῆν, quo ipso satis clarum fit pro ἀναποιεῖσθαι legendum esse ἀντιποιεῖσθαι, *vitam desiderare, affectare.*

p) τὰ intruditur hic ap. Cant. quod recte omittunt V. A. E.

q) τῶν

quidem et sanitatem conservare studet, voluptatis desiderio tenetur, vitam retinere laborat, quod haec secundum naturam sint, et per se expetenda et bona. Morbum contra, dolorem et interitum vitare et reiicere, quod ea contra naturam, adeoque fugienda et mala sint. Carum enim nobis esse corpus, caram animam, caras quoque partes utriusque, et facultates, et functiones, ita vero institutum esse, ut ex horum salutis cura principium appetitus, officii, et virtutis nascatur. Etenim si nullus in rebus expetendis vel fugiendis error interveniret, verum et bonorum participes et malorum vacui semper degeremus, nunquam in his veram et rectam quaereremus electionem. Cum autem saepe per ignorantiam in expetendis vel fugiendis decipiamur, et bona reiiciamus, mala vero pro bonis accipiamus, necessario iudicii constantiam requisivimus, quam etiam naturae convenientem nacti, virtutem propter functionis digni-

---

q) τῶν εἰρημένων bene exhibent codd. V. A. E. pro ἐρημίων ap. Cant.

r) ἐπίβολοι, *si appetentes simus bonorum*, cod. V. pro ἐπήβολοι.

s) ἐπιζητήσαιμεν, *non quaeremus*, rescripsi pro ἐπεζητήσαμεν.

t) τὴν recte codd. V. A. E. pro τῆς. In proximis μόνως, *unice*, rescripsi pro μόνοις ap. Cant. In codd. male μόνοι.

ὡς θαυμάσαντες, ἐπετιμήσαμεν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Τὰς γὰρ πράξεις ἀπό τε τῆς τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῆς καὶ τῆς ἀπεκλογῆς τῶν παρὰ φύσιν τὰς ἀρχὰς ἔχειν συμβέβηκε, καὶ τὰ λεγόμενα καθήκοντα. Διὸ καὶ τάς τε κατορθώσεις καὶ τὰς ἁμαρτίας ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα γίνεσθαι. Σχεδὸν γὰρ τὴν ὅλην τῆς αἱρέσεως ὑπογραφὴν ἀπὸ τούτων ὥρμῆσθαι u), καθάπερ ἐπιδείξω διὰ βραχυτάτων. Ὅτι γὰρ οὐ μόνον αἱρετὰ τὰ τέκνα τοῖς γεναμένοις ἐστὶ διὰ τὰς χρείας, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτά, γνώριμον ἐκ τῆς ἐνεργείας. Οὐδένα γ' οὖν οὕτως ὠμὸν εἶναι καὶ θηριώδη v) τὴν φύσιν, ὃς οὐκ ἂν σπουδάζοι μετὰ x) τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν εὐδαιμονεῖν τὰ τέκνα, καὶ καλῶς ἐπαναγειν μᾶλλον ἢ τουναντίον. Ἀπὸ ταύτης γοῦν τῆς φιλοτεκνίας καὶ διαθήκας τελευτᾶν μέλλοντας τίθεσθαι, καὶ τῶν ἔτι κυοφορουμένων φροντίζειν, ἐπιτρόπους ἀπολιπόντας καὶ κηδεμόνας, καὶ τοῖς φιλτάτοις παρατιθεμένους, καὶ παρακαλοῦντας ἐπικουρεῖν αὐτοῖς, καί τινας μὲν ἀποθνήσκουσι τοῖς τέκνοις συναποθνήσκειν. Τῶν δὲ τέκνων οὕτως ἀγαπωμένων κατὰ τὸ αὐθαίρετον, ἀναγκαῖον καὶ τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ τὴν τοῦ λέχους κοινωνόν, καὶ τοὺς συγγενεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους καὶ

u) Ad ὥρμῆσθαι, (sic recte A. pro ὁρμῆσθαι), supplendum videtur συμβέβηκε.

v) Post θηριώδη turbata omnia videntur in codd. V. A.

dignitatem nuncupavimus, ac solam ut admiratione dignam prae caeteris praedicavimus. Nam et actiones et quae dicuntur officia, tum de electione rerum cum natura coniunctarum, tum de reiectione ab ea remotarum nasci contingit; quare et recte facta et peccata circa eas fiunt; fere enim omnem electionis rationem ab his pendere, ut brevissimis ostendam. Liberos enim parentibus non modo expetendos propter usus, sed quoque propter se, res ipsa testatur. Neminem enim adeo crudelem et ferum esse, ut non post mortem liberos suos felices vivere optet, et potius beate agere, quam secus. Per hunc sane erga liberos amorem et testamenta condere morituros, et nondum natorum quoque curam gerere, tutoribus et curatoribus relictis, et in auxilium carissimorum advocatis; esse vero quoque qui simul cum liberis moriantur. Cum autem liberi sic propter se amantur, parentes quoque, fratres, uxorem, cognatos, ac reliquos familiares et cives, propter ipsos amamus,

---

A. E. F. sequuntur enim quae in editis leguntur infra p. 188. l. 10 καὶ περὶ τὴν κίνησιν &c. Verum oscitantiae haec librariorum deberi, qui transpositione paginarum facta, quae illuc sequuntur huc traxerunt, et quae hic sequi debuissent post illa reiecerunt, certissimumque inde argumentum duci posse codd. V. A. E. F. (non vero P. in quo verus ordo servatus est;) ex eodem fonte fluxisse, monui iam in *praefatione* p. XLVI.

x) μετὰ, bene servarunt codd. V. A. pro μὲν κατὰ ap. Cant.

καὶ πολίτας, ὡς δι' αὐτοὺς φιλίας τυγχάνειν· ἔχειν γὰρ ἐκ φύσεως ἡμᾶς καὶ πρὸς τούτους τινὰς οἰκειότητας y). Φιλάλληλον γὰρ εἶναι, καὶ κοινωνικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον. Εἰ δὲ τῶν φιλιῶν τὰς μὲν εἶναι πόρρω συμβέβηκε, τὰς δὲ προσεχεῖς ἡμῖν, οὐθὲν πρὸς ἔπος· πᾶσαν γὰρ δι' αὐτὴν αἱρετὴν ὑπάρχειν z), καὶ μὴ μόνον διὰ χρείας. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς πολίτας φιλίαν δι' αὐτὴν αἱρετὴν, ἀναγκαῖον εἶναι καὶ τὴν πρὸς ὁμοέθνεις, καὶ ὁμοφύλους a), ὥστε καὶ τὴν πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ δὴ πάντας τοὺς σώζοντας οὕτως ἔχειν πρὸς τοὺς πλησίον, ὥστε μὴ κατὰ χρήσεις b), ἀλλὰ κατὰ τὸ διαυθαίρετον τὰ πλεῖστα δρᾶν. Τίνα γὰρ οὐκ ἐξελέσθαι θεασάμενον ἄνθρωπον ὑπὸ θηρίου καταδυναστευόμενον, εἰ δύναιτο; Τίνα δ' οὐκ ἂν ὁδὸν πλανομένῳ μηνύσειν; τίνα δ' οὐκ ἂν ἐπαρκέσειν ὑπ' ἐνδείας ἀπολλυμένῳ; τίνα δ' οὐκ ἂν ἐπ' ἐρημίας ἀνύδρου νάμασι περιτυχόντα c), γνωρίσμασι διαθηλώσειν τοῖς τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζουσι; τίνα δ' οὐ τῆς μετὰ τὸν βίον εὐφημίας πολὺν ποιεῖσθαι λόγον; τίνα δ' οὐκ ἀποσυγεῖν τὰς τοιαύτας φωνὰς, ὡς παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην οὔσας φύσιν·

Ἐμοῦ d) θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ,

Οὐ-

---

y) οἰκειότητας codd. V. A. E. pro οἰκοιότητας ap. Cant.

z) δι' αὐτὴς αἱρετὴν ὑπάρχειν, *omnem amicitiam per se esse expetendam*, recte cod. V. pro δι' αὐτὴν ὑπάρχειν ap. Cant.

a) Ha-

nius, quandoquidem per naturam cum ipsis quoque coniungimur; posteaquam societate gaudens animal homo. Quamvis enim amicitia alia proprior sit alia, nihil tamen hoc ad rem; cum omnis amicitia per se sit expetenda, non tantum ob usum. Si vero erga cives amicitia per se est expetenda, necessario quoque amicitia erga populares, erga omnes homines; siquidem omnes qui aliis prosunt ita sunt erga eos affecti, ut non tantum ob usum, sed ipsius officii causa plurima faciant. Quis enim non eripiat hominem a fera, si possit, oppressum? Quis non erranti viam ostendat? Quis non fame pereunti opituletur? Quis non in deserto fontem repertum indicet aliis, eandem viam insistentibus? Quis non bonam post mortem famam magni faciat? Aut quis non has voces, ut cum humana natura pugnantes, respuet? ut:

Me mortuo igne terra conflagret licet;

Nil

---

a) Habet Cant. ὁμοφίλους. Sed veram lectionem ὁμοφύλους, *tribules*, servavit A.

b) Legitur ap. Cant. ut et in codd. μὴ τὰς πράξεις, sed res ipsa docet, rescribendum esse μὴ κατὰ χρήσεις. Hoc enim ipsum est quod vult Stob. et de quo copiose disputat *Cicero* l. c., ea quae naturae conveniunt non commodi causa eligi, sed quod ipsa natura magistra ad ea ferimur.

c) Legitur in ed. corrupte: τίνα δ' οὐκ ἂν ἐπ' ἐρημίαν ἀνίδρου νάματι τυχόντα. Veras lectiones ἐπ' ἐρημίας ἀνύδρου νάμασι περιτυχόντα, *qui in avidis desertis in fontem incidit*, servarunt codd. V. A. E.

d) Putantur versus hi esse Euripidis, atque a Barnesio,

Οὐθὲν μέλει μοι, τὰ μὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

Φανερὸν οὖν ὅτι πρὸς πάντας ἐξὶν ἡμῖν εὔνοια φυσικὴ καὶ φιλία, τό, τ' αὐθαίρετον ἐμφαίνουσα καὶ τὸ κατὰ λόγον. Ἓν γὰρ ἀνδρῶν ἓν θεῶν γένος, ἐκ μιᾶς τε πνέομεν γαστρὸς ἀμφότεροι e), τῆς φύσεως. Ἐπεὶ δὲ κοινή τις ἡμῖν ὑπάρχει φιλανθρωπία, πολὺ μᾶλλον πρὸς τοὺς ἐν συνηθείᾳ φίλους τὸ διαυθαίρετον φανερώτερον, ὁ δὲ φίλος δι' αὐτὸν αἱρετὸς, καὶ ἡ φιλία, καὶ ἡ εὔνοια, καὶ ἡ f) παρὰ πάντων τῶν τοῦ βίου κοινονούντων, καὶ παρὰ τῶν πλείστων ἀνθρώπων g), ὥστε καὶ τὸν ἔπαινον εἶναι δι' αὐτὸν αἱρετὸν, οἰκειοῦσθαι γὰρ ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἐπαινοῦντας. Εἰ δὲ ὁ ἔπαινος δι' αὐτὸν αἱρετὸς, καὶ ἡ εὐδοξία·

---

sio, nulla tamen certa auctoritate, inter fragmenta ex incertis fabulis poëtae relati sunt, Ed. Lipsi. II, p. 497. Primum versum citant *Dio Cass.* LVIII, p. 634 et *Spetonius in Ner.* c. 38. alludit vero ad eum *Seneca de Clem.* II, 2. nusquam tamen poëtae nomine addito. Alterum versum Stob. solus servavit.

e) Sunt verba *Pindari Nem.* VI, 1. Ceterum, quem scriptorem Stobaeus hic ante oculos habuerit, miror. Plutarchi fere ingenium redolent quae hic legimus, certe ex ipsius Aristotelis scriptis petita esse non posse facile quilibet concedet, in iis vel mediocriter versatus. Verum ex *Theophrasti libro de felicitate* maximam partem hausta esse, vix dubito. Consentit enim Stobaeus plerumque non in singulis modo locis, sed omni ordine disputationis cum *Cicerone de fine* l. V. Cicero autem se ibi Theophrastum maxime secutum esse, ipse profitetur, c. 5.

f) ἡ supplent codd. V. A. E. qui et mox κοινωνούντων servarunt pro κεινωνούντων.

g) Si

Nil isia curo, res habent bene se meae.

Apparet itaque, erga omnes nobis inesse naturalem benevolentiam et amicitiam, tum quod per se est expetendum, tum quod cum ratione coniungitur, demonstrantem. Unum siquidem Deorum, atque hominum genus, deque uno naturae ventre utrique proficiscimur. Quoniam autem communis nobis inest humanitas, multo magis adhuc erga familiares amicos quod per se expetendum est, cernitur. Amicus autem per se expetendus, et amicitia, et benevolentia, et apud omnes qui vitam nobiscum communicant, et apud homines, quantum fieri potest, plurimos. Quocirca laus quoque per se est expetenda, posteaquam cum laudantibus iungimur. Si vero laus per se expetenda, etiam gloria, quae ita deferi-

---

g) Si lectio Stob. παρὰ τῶν πλείστων ἀνθ. sana est, vertendum erit: *de hominibus quam plurimis*. Sed merito in hoc haerebis, sive antecedentia πάντων τοῦ βίου κοινωνούντων intelligas de omnibus animalibus, (quibus quomodo ξυνοια tribui potest?) sive de solis hominibus, (quod res ipsa postulare videtur;) claudicant enim sic opposita. Legendum itaque duco παρὰ τῶν πλησίον ἀνθρώπων, pro π. τ. πλείστων α *tum de omnibus hominibus, tum de iis quae necessitate nobis coniuncti sunt*. Cf praeclaram *Ciceronis* disputationem, *de fin.* V. cap 23. Si tamen τὰ τοῦ βίου κοινονοῦντα tam late patere dices ut omnia animalia comprehendat, legendum erit καὶ πλεῖστον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, *maxime vero ab hominibus*.

h) ἐυδοξίᾳ et statim ἐυδοξίαν recte codd V. A. E pro ἐυδεξίᾳ et ἐυδεξίαν ap Cant. Iidem τὸν παρὰ πολλῶν bene servarunt pro παρὰ τὸν πολλῶν in ed.

δοξίαι· h) καὶ γὰρ οὐδὲν ἕτερον τὴν εὐδοξίαν κατὰ τὴν ὑπογραφὴν παρειλήφαμεν, εἰ μὴ τὸν παρὰ πολλῶν ἔπαινον. Ὥστ' εἰ i) ταύτῃ μὲν τὰ λεγόμενα τῶν ἀγαθῶν ἔξω ὅτι δὴ αὐθαίρετα πέφυκεν ἐπιδέδεικται σαφῶς, πῶς οὖν οὐ πολὺ μᾶλλον τὰ περὶ ἡμᾶς καὶ ἐν ἡμῖν; λέγω δὲ τὰ περὶ σῶμά τε καὶ ψυχήν. Εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος δι' αὐτὸν αἱρετός, καὶ τὰ μέρη τοῦ ἀνθρώπου δι' αὐτὰ ἂν εἴη αἱρετά k). Μέρη δ' ἐστὶν ἀνθρώπου ὁλοσχερέσατα σῶμα καὶ ψυχή. Ὥσε καὶ τὸ σῶμα δι' αὐτὸ ἂν εἴη αἱρετόν. Πῶς γὰρ τὸ μὲν τοῦ πλησίου σῶμα l) δι' αὐτὸ μὲν αἱρετὸν ἐστιν ἡμῖν, τὸ δ' ἡμέτερον οὐκ ἔτι; Ἢ πῶς ὁ μὲν πλησίον ἄνθρωπος δι' αὐτόν ἐστι αἱρετὸς m), οὐχὶ δὲ καὶ ἕκαστος ἡμῶν αὐτῷ δι' αὐτὸν αἱρετός; Ἢ πῶς τοῦτο μὲν, οὐχὶ δὲ καὶ τὰ μέρη τὰ τοῦ σώματος, καὶ αἱ τῶν μερῶν ἀρεταὶ n) καὶ αἱ τοῦ ὅλου σώματος ἂν εἶεν αἱρεταί; Ὥσε δι' αὐτὰ αἱρετὰ ἡμῖν εἶναι τὴν ὑγείαν, τὴν ἰσχύν, τὸ κάλλος, τὴν ποδωκίαν, τὴν εὐεξίαν o), τὴν εὐαισθησίαν, καθόλου πά-

---

i) Corrupte legitur ap. Cant. ὥσε ταύτην μὲν τὰ λεγόμενα τῶν ἀγαθῶν, ἐξ ὧν ὅτι δεῖ αὐθαίρετα πέφυκεν, ἐπιδεδέχθαι σαφῶς, πῶς οὖν &c. Sic quoque codd. Rescripti: ὡς' εἰ ταύτῃ μὲν τὰ λεγόμενα τῶν ἀγαθῶν ἔξω, ὅτι δὴ αὐθαίρετα πέφυκεν, ἐπιδέδεικται σαφῶς, πῶς οὖν &c. *Si bona quae* τὰ ἔξω *vel* τὰ ἐκτὸς *dicuntur* (haec enim apud Peripateticos unum bonorum genus constituisse, nemo ignorat,) *per se ipsa expetenda esse ostensum est, quanto magis bona interna?*

k) Ea-

scribitur ut nihil sit aliud quam laus a multis. Cum igitur ex his bona quoque externa per se expetenda esse pateat, multo magis quae circa nos et in nobis sunt, sive animae sive corporis expetentur. Si enim homo ipse per se expetendus, partes quoque hominis per se expetendae. Partes autem hominis praecipuae, corpus sunt et anima; quare corpus quoque per se est expetendum. Cur enim alterius corpus nobis carum sit, nostrum non item? Aut cur alter per se nobis carus, ipsi non item? Aut si hoc concedas, nonne quoque partes corporis, et partium facultates, totiusque adeoque corporis per se carae? Quocirca propter se expetuntur sanitas, robur, pulchritudo, celeritas, bonus habitus, sensuum vigor, et

---

k) Eadem haec totidem fere verbis explicantem vide *Ciceronem de fin.* V, 13: *Nam cui proposita sit conservatio sui, necesse est, huic partes quoque sui caras esse, cariores-que, quo perfectiores sint, et magis in suo genere laudabiles* &c. ὁλοσχερέσατα bene codd. V. A. pro ὁλοσχερέσερα.

l) πῶς γὰρ τὸ μὲν τοῦ πλησίον σῶμα, bene codd. V. A. pro καὶ γὰρ τοῦ μὲν τοῦ πλ. σ. ap. Cant.

m) ἀίρετός recepi ex cod. A. pro ἀίρετὸν, quamvis et hoc defendi possit, si subintelligas τί. Variant in utroque et ed. et codd.

n) ἀι τῶν μερῶν ἀρεταὶ, *virtutes partium*, rescripsi pro ἀι τῶν μερῶν ἀιρεταὶ, quod cum Cant. male exhibent codd. *Cicero* l. c. *Quibus expositis, facilis est coniectura ea maxime esse expetenda ex nostris, quae plurimum habent dignitatis; ut optimae cuiusque partis, quae per se expetatur, virtus expetenda sit maxime.*

o) εὐεξίαν bene codd. V. A. E. pro εὐξίαν ap. Cant.

πάσας ὡς ἔπος εἰπεῖν — —. Καὶ γὰρ ἄλλως οὐδεὶς ἂν εὐφρονῶν δέξαιτο ἄμορφος καὶ λελωβημένος εἶναι κατὰ τὸ p) εἶδος, κἂν εἰ μηδεμίαν μέλλοι δυσχρηςίαν τὸ παράπαν ἐπακολουθεῖν διὰ τὴν τοιαύτην εἰδέχθειαν. Ὥςε καὶ δίχα τῆς δυσχρηςίας εὔλογον φυγὴν φαίνεσθαι τοῦ αἴσχους. Εἰ δὲ δι' αὐτὸ φευκτόν ἐςὶ τὸ αἶσχος, καὶ τὸ κάλλος οὐ μόνον διὰ τὴν χρείαν αἱρετὸν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτό· ὅτι γὰρ ἐξ αὐτοῦ προσκλητικόν τι q) ἔχει τὸ κάλλος, ἐμφανές. Πάντας γοῦν φυσικῶς οἰκειοῦσθαι τοῖς καλοῖς χωρὶς πάσης χρείας, καὶ γὰρ πρὸς τὸ εὖ ποιεῖν αὐτοὺς καὶ εὐεργετεῖν ἑτοίμως ἔχειν, ὅθεν δὴ καὶ δοκεῖν εὐνοίας εἶναι παρασκευαςικόν· ὥςε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τὸ μὲν κάλλος τῶν δι' αὐτὸ αἱρετῶν ὑπάρχειν· τὸ δὲ αἶσχος, τῶν δι' αὐτὸ φευκτῶν. Τὸν δ' αὐτὸν λόγον καὶ περὶ ὑγείας εἶναι καὶ νόσου, καὶ ἰσχύος καὶ ἀσθενείας, καὶ ποδωκίας καὶ βραδύτητος, καὶ αἰσθήσεως καὶ πηρώσεως. Ὥςτ' εἰ καὶ τὰ σωματικὰ τῶν ἀγαθῶν r) δέδεικται εἶναι αὐθαίρετα, καὶ τἀναντία τούτων κακὰ δι' αὐτὰ φευκτὰ, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀναγκαῖον μέρη δὴ αὐθαί-

---

Mox post εἰπεῖν excidisse videtur ἀρετὰς, ad quod πάσας referendum sit.

p) τὸ supplent codd. V. A. qui iidem statim cum E. δυσχρηςία bene exhibent pro εὐχρηςία ap. Cant. In proximis διὰ τὴν τοιαύτην εἰδ. edidi pro δι' αὐτὴν τοιαύτην εἰδ. ap. Cant. ex V. et A.

q) τι,

et reliqua. Nemo siquidem mentis compos velit deformis ac mutilus videri, tametsi nulla inde consecutura sit incommoditas, sic ut quoque praeter incommoditatem recte fugienda videatur deformitas. Si autem propter se fugienda est deformitas, pulchritudo quoque non tantum propter usum, sed etiam propter se erit expetenda. Pulchritudinem enim per se placere clarum est. Omnes enim natura pulchris etiam praeter usum afficimur, iisque benefacere cupimus, ita ut benevolentiam illa videatur parere. Quamobrem hac quoque ratione pulchritudo per se indicatur expetenda, turpitudo per se fugienda. Neque alia sanitatis est et morbi, roboris et imbecillitatis, celeritatis et tarditatis, sensus et privationis ratio. Quocirca si corporea bona per se videntur expetenda, mala autem per se fugienda, animi quoque partes, earumque virtutes necessarium est per se quoque expeti. Nam a corporis et externis bonis initium sumens, ut diximus, virtus, ac ad seipsam conversa ac videns ea

---

q) τὶ, quod exciderat, supplevi. Eadem haec de pulchritudine disputantem cf. *Ciceronem* l. c. cap. 17. *Et, quoniam haec deducuntur de corpore, quid est cur non recte pulchritudo etiam ipsa propter se expetenda ducatur?*

r) σωματικὰ τῶν ἀγαθῶν bene codd. V. A. pro σώματα κατὰ τῶν ἀγαθῶν ap. Cant. In proximis εἶναι ἀνθαίρετα rescripsi pro καὶ ἀνθαίρετα ap. Cant. et in codd.

αὐθαίρετα ὑπάρχειν, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν καὶ τῆς ὅλης ψυχῆς. Τὴν γὰρ εἴσοδον ἡ ἀρετὴ λαβοῦσα, καθάπερ ὑπεδείξαμεν ἀπὸ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν s) ἐπιστρέψασα καὶ θεασαμένη διότι καὶ αὕτη τῶν κατὰ φύσιν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν ᾠκειώθη πρὸς ἑαυτὴν, ὡς πρὸς δι' αὐτὴν αἱρετὴν, καὶ μᾶλλον γε πρὸς ἑαυτὴν, ἢ πρὸς τὰς t) τοῦ σώματος ἀρετάς· ὥστε παρὰ πολὺ τιμιωτέρας εἶναι τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετάς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν προεφωδευμένων τοῦτ' ἄν τις ἀπολογίσαιτο u). Εἰ γάρ v) ἡ τοῦ σώ-

---

s) Proxima quae sequuntur turbata sunt apud Cant. ut et in codd. (qui pro ἑαυτὸν tantum suppeditant ἑαυτὴν); nec facile prorsus expediri possunt. Sensus quidem universi loci non obscurus est, idem enim paucis tradit Stobaeus, quod *Cicero* ll. cc. copiosius exponit, *vim hominis insitam, qua naturae suae convenientia appetit, primum cerni in pueris in iis quae ad corporis sanitatem pertinent, postea vero quoque in iis quae animum spectant; animi vero virtutem longe praestare corporis, etsi utraque per se expetantur*; sed in singulis latent difficultates. Dicitur ἡ ἀρετὴ εἴσοδον λαβεῖν, i. e. *incipere, primo conspici*, in iis quae ad corpus tuendum faciunt, ut modo diximus, tum vero ἐπιστρέφειν πρὸς ἑαυτὴν, et ita animadvertere curam et ornamenta animae magis sibi quam illa corporis convenire. Verba καὶ θεασαμένη διότι καὶ αὕτη τῶν κατὰ φύσιν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν ᾠκειώθη πρὸς ἑαυτὴν, procul dubio corrupta sunt. Legendum suspicor: καὶ θεάσαμένη διότι αὐτῇ τὰ κατὰ ψυχὴν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀγαθῶν ᾠκειώθη, οὕτως ᾠκειώθη πρὸς ἑαυτὴν, ὡς δι' αὐτὴν αἱρετὴ, καὶ μᾶλλόν γε πρὸς ἑαυτὴν ἢ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ἀρετάς. Iungendum

ea quae ad animam spectant multo magis sibi convenire quam corporis bona, ita sibi ipsa conciliatur, ut per se eligenda, et magis quidem ipsa sibi, quam corporis virtutibus; ut adeo multo honoratiores sint animae virtutes. Atque hoc etiam de supra dictis facile quilibet collegerit. Etenim si corporis sanitas per

---

dum nempe: Ἡ ἀρετὴ θεασαμένη ὅτ' αὐτῇ (pro αὐτὴ) ᾠκειώθη τὰ κατὰ ψυχὴν pro (τῶν κατὰ φύσιν) πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀγαθῶν pro ἀρετῶν. Clarum est inter se opponi bona animae et corporis; quare pro κατὰ φύσιν legendum esse κατὰ ψυχὴν tanto minus dubitaveris, cum solennis sit utriusque vocis permutatio. Praeterea pro ἀρετῶν legendum videtur ἀγαθῶν, cum vix ferendum sit ut dicat: *virtutem sentire magis sibi convenire virtutem animae quam corporis*, pro: *bona animae quam corporis*. Si tamen sint qui eo non offendantur, ii legant: καὶ θεασαμένη διότι καὶ αὐτῇ ἡ ἀρετὴ (quod post αὐτῇ facile omitti potuit) κατὰ ψυχὴν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν ᾠκειώθη, eodem sensu. Quidquid praetuleris illud certum puto, post ᾠκειώθη aliquid excidisse; non enim cohaerent quae sequuntur, cum apodosis verbum requirat a quo pendeat. Suspicor vero inserendum esse: οὕτως ᾠκειώθη, quod cum ᾠκειώθη bis scriptum esset, facile excidere potuit. *Virtus cum sentit bona animae magis sibi quam corporis convenire, ita sibi ipsi conciliatur.* Confirmant autem hanc emendationem quae infra sequuntur: Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς ἑαυτὴν μάλιστα πάντων ᾠκειῶσθαι ἔφαμεν τὴν ἀρετήν, ubi id ipsum quod restituimus a se dictum esse ait. In sequentibus deleto πρὸς, male repetito, legendum: ὡς δι' αὐτὴν αἱρετή, *utpote per se expetenda*. Reliqua per se clara sunt.

t) τὰς bene supplent codd. V. A

u) ἀπολογίσαιτο, *ostenderet*, codd. V. A. pro ἀπολογήσαιτο ap. Cant

v) Εἰ γὰρ recte codd. V. A pro Ἡ γὰρ ap. Cant. Post ψυχῆς perierant verba: ὑγεία δὲ ψυχῆς, quae supplevi.

σώματος ὑγεία ἀρετὴ δι' αὐτὴν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἡ τῆς ψυχῆς, ὑγεία δὲ ψυχῆς σωφροσύνη, τῆς σφοδρότητος ἀπολύουσα τῶν παθῶν ἡμᾶς. Καὶ εἰ x) ἡ ἰσχὺς ἡ σωματικὴ τῶν ἀγαθῶν ἐστι, πολὺ μᾶλλον ἡ ψυχικὴ δι' αὐτὴν ἂν εἴη ἀρετὴ καὶ ἀγαθόν. Ψυχῆς δ' ἔστι ἰσχὺς ἀνδρεία καὶ καρτερία, ἐυρώστους τινὲς ψυχὰς κατασκευάζουσα, διόπερ ἂν εἴη καὶ ἡ ἀνδρεία δι' αὐτὴν ἀρετὴ καὶ ἡ καρτερία. Κατὰ τὸ ἀνάλογον εἰ τὸ κάλλος τὸ σωματικὸν δι' αὐτὸ y) ἀρετὸν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος εἴη ἂν δι' αὐτὸ ἀρετὸν, κάλλος δὲ ψυχῆς ἐστιν ἡ δικαιοσύνη, τὸ γὰρ μηθὲν ἀδικεῖν καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

Τὸν παραπλήσιον z) δ' εἶναι λόγον καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν, διὰ τὸ δοκεῖν τὰ τρία γένη τῶν ἀγαθῶν ἐκ πλείστης διαφορᾶς τῆς ἐν ἀλλήλοις ὅμως ἔχειν τινὰ πρὸς τὸν λόγον ἀναλογίαν a), ἣν καὶ πειράσομαι δηλῶσαι σαφῶς. Ὅπερ μὲν οὖν ἐν σώματι φαμεν ὑγείαν, τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ καλεῖσθαι σωφροσύνην,

---

x) καὶ εἰ ἡ ἰσχὺς ἡ σωματικὴ edidi pro καὶ ἡ ἰσχυς ἡ σώματι ap. Cant. et in codd. nili quod hi fupplent εἰ. Sic quoque in proximis ἡ ψυχικὴ, quod iam in marg. annotaverat Cant. ediui pro ἡ ψυχῆς καί.

y) Bis habet Cant. δι' αὐτον, pro quo refcripfi δι' αὐτὸ, quod ultimo loco confirmant codd. V. A. qui antea δι' ἑαυτοῦ.

z) Legitur hic ap. Cant. nova inſcriptio: ὅτι τὰ τρία γένη τῶν ἀγαθῶν, τὰ περὶ σώματα, τὰ περὶ ψυχὴν, τὰ ἐκτὸς, ἀναλογίαν πρὸς ἀλλήλα ἔχει, καί τοι διαφέροντα. *Tria bonorum genera, quamvis diverſa, inter ſe tamen correſpon-*

per se est expetenda, multo magis quoque animae, quae est temperantia, quae perturbationum furore nos liberat. Et si corporis robur inter bona recensetur, multo magis animi per se sit expetendum, et bonum. Est autem animi robur fortitudo et patientia, quae robustos reddit animos, quare utraque quoque per se sit expetenda. Et similiter, si corporis pulchritudo per se expetitur, multo magis adhuc animae per se expetenda erit; est vero illa iustitia, nam nihil iniuste faciendo, καλοὶ erimus.

Similis quoque est inter virtutes ratio, cum tria bonorum genera, in maxima diversitate, tamen quandam inter se rationem obtinere videantur, quam declarare studebo. Quod itaque in corpore dicimus sanitatem, id in anima esse volunt temperantiam, in exter-

---

respondere, quae procul dubio, ita ut in aliis observavi, e margine in contextum irrepsit. Mire sibi placebant Peripatetici in eo ut ostenderent virtutum quae ad tria genera bonorum spectant, relationem quandam esse inter se, ita ut v. c. quod in corpore valetudo, in anima sit continentia, in externis divitiae, quippe quibus simul ut bene nos habeamus efficiatur, et sic in reliquis; ut adeo συζυγίαι quaedam existant virtutum ratione bonorum habita. Ineſt utique in his veri aliquid, etsi si nimium iis insistas, facile ad argutias delabi possis.

a) Locus mancus est ap. Cant. Desunt ibi verba: ἦν καὶ πειράσομαι δηλῶσαι σαφῶς. Ὅπερ μὲν ἐν σώματί Φαμεν ὑγείαν, τοῦτ' &c. quae supplent codd. V. A. E. — περιςέλλει codd. V. A. pro περιςέλλειν.

νην, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς πλοῦτον, περιτέλλει γὰρ τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων. Κατὰ τοῦτο b) δὲ, ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἰσχὺν, τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ τὴν ἀνδρείαν, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς τὴν ἀρχήν. Ὅπερ δ' ἐν c) τῷ σώματι εὐαισθησίαν, τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ Φρόνησιν, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς εὐτυχίαν. Ὅ, τι δ' ἐν σώματι κάλλος, ταῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ δικαιοσύνην, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς Φιλίαν· ὥστε τρία γένη τῶν ἀγαθῶν διαυθαίρετα d) ὑπάρχειν, τά τε περὶ ψυχὴν, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτός· καὶ μακρῷ e) αἱρετώτερα τὰ περὶ ψυχὴν τῶν ἄλλων, ἐπειδὴ καὶ ἡγεμονικώτερον καὶ αἱρετώτερον ψυχὴ σώματος. Δῆλον οὖν ὅτι τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν καὶ τῶν ἐκτὸς αἱ τῆς ψυχῆς ὑπάρχουσιν αἱρετώτεραι, ὑπεροχὴν ὁμοίως Φερόμεναι· ἰσοχάζονται δὲ f) καὶ τῶν ἄλλων g) πρῶτον μὲν ὡς διαυθαιρέτων, ἔπειθ' ὡς χρησίμων πρός τε τὸν πολιτικὸν καὶ τὸν κοινωνικὸν βίον, καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸν θεωρητικόν. Παραμετρεῖσθαι γὰρ τὸν βίον ταῖς πολιτικαῖς καὶ ταῖς κοινωνικαῖς πράξεσι, καὶ ταῖς θεωρητικαῖς. Οὐ γὰρ Φίλαυτον εἶναι τὴν ἀρετὴν κατὰ h) τὴν αἵρεσιν ταύτην, ἀλλὰ κοινωνικὴν καὶ πολιτικήν. Τούτοις δ' ἀκολούθως i) καὶ

---

b) Κατὰ τοῦτο edidi pro Καὶ τοῦτο in Cant. et in codd.

c) ὅπερ δ' ἐν codd. V. A. pro ὅπερ ἐν.

d) διαυθαίρετα, *per se eligenda*, rescripsi pro δεῖ αὐθαίρετα, quod cum Cant. habent codd.

e) μα-

externis autem divitias, quippe quae multa vitia tegant. Similiter, quod in corpore robur, in anima esse fortitudinem, in externis vero imperium. Quod in corpore sensuum vigor, in anima esse prudentiam, in externis felicitatem; denique quod in corpore pulchritudo, id in anima esse iustitiam, in externis amicitiam; ut adeo tria bonorum genera exsistant per se appetenda, et circa animam, et circa corpus, et circa externa. Longe tamen praeferenda esse caeteris, quae circa animam versantur; siquidem ipsa anima longe nobilior sit et praeferenda corpori. Patet itaque virtutes quoque animi longe praeferendas esse corporis, ac similiter iis praestare. Neque tamen negligunt alias, primum eas esse expetendas per se, tum ob utilitatem in vita non minus civili et communi, quam in theoretica ostendentes. Definiri enim vitam actionibus civilibus et communibus, et contemplantibus, cum non sit sui amans virtus secundum hanc sectam, sed communis et civilis. Secun-

---

e) μακρῷ bene codd. V. A. E. pro μακρο, qui et statim recte supplent τῶν ἄλλων, quod deest ap. Cant.

f) δὲ, ut nexus constaret, supplevi.

g) τῶν ἄλλων, virtutes nempe seu bona corporis et externa.

h) κατὰ recte codd. V. A. E. pro καὶ.

i) Corrupte legitur ap. Cant. τούτοις δ' ἀκόλουθα καὶ τὰς μοναρχὰς ἐν τῷ ζῆν παραμετρεῖσθαι ταῖς κοινωνικαῖς

καὶ τὰς μονὰς τὰς ἐν τῷ ζῆν παραμετρεῖσθαι ταῖς κοινωνικαῖς καὶ πολιτικαῖς καὶ θεωρητικαῖς πράξεσι, καὶ τὰς ἀφόδους ἐκ τῶν ἐναντίων. Ἐπειδὴ *k*) γὰρ πρὸς ἑαυτὴν ᾠκειῶσθαι μάλιστα πάντων ἔφαμεν τὴν ἀρετὴν, δῆλον ὡς καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπιστήμην ἀναγκαίως ᾠκειῶσθαι φυσικῶς αὐτήν· ὥστε καὶ τοῖς σοφοῖς εὔλογον ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ ζῆν *l*) θεωρεῖσθαι, καὶ τοῖς φαύλοις εὔλογον ἐν τῷ ζῆν μονήν· τοῖς γὰρ ἐκτελεῖν δυναμένοις *m*) τὰς κοινωνικὰς καὶ πολιτικὰς πράξεις καὶ θεωρητικὰς καὶ τῶν σπουδαίων καὶ τῶν φαύλων, εὔλογον ἐν τῷ ζῆν εἶναι μονήν· τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις εὔλογον ἐκ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγήν. Ἐπεὶ δὴ μεγάλη τῆς ἀρετῆς ἐστιν ὑπεροχὴ κατά τε τὸ ποιητικὸν, καὶ κατὰ τὸ ἀεὶ αὐθαίρετον παρὰ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθὰ, κατὰ τὸν λόγον, οὐκ εἶναι συμπλήρωμα τὸ τέλος ἐκ τῶν σωματικῶν *n*) καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν,

---

θεωρητικαῖς πράξεσι καὶ τὰς ἀφόδους ἐκ τῶν ἐναντίων. Pro ακόλουθα codd V. A. E. ἀκολούθως. In μονασὰς diu haesitavi, donec, quod ante oculos esset, viderem, scribendum esse μονὰς τὰς, *mansionem*. Vult enim scriptor: *quatenus in vita manendum sit vel abeundum inde pendere, nunc vitae bonis frui nobis concessum sit, necne.* ταῖς κοινωνικαῖς καὶ πολιτικαῖς καὶ θεωρητικαῖς πράξεσι, quibus omnia vitae bona continentur, bene exhibent codd. V. A. qui et ἀφόδους habent pro ἀφοδὶς in Cant.

k) Ἐπειδὴ recte codd. V. A. pro ἐπὶ δὲ.

l) τοῦ ζῆν recte codd. V. A. E. pro τοῦ τῆν, qui et statim μονὴν suppeditant pro μόνον.

m) Ite-

cundum has quoque manſiones in vita definiri communibus nempe civilibus et contemplantibus actionibus, et exitum contrariis. Cum enim ſibi affinem eſſe virtutem maxime dixerimus, patet veritatis quoque cognitionem neceſſario eam expetere; ut adeo ſapientes recte exitum ex vita ſibi aperiant, pravi autem recte in vita maneant; bonis autem et pravis, quatenus actiones communes, civiles, et contemplantes perficere poſſint, convenire in vita manere; quatenus non poſſint, inde diſcedere. Cum autem magna ſit virtutis prae corporis bonis et externis praecellentia, non poſſe illis ullo pacto finem compleri, ſed potius vita ſecundum virtutem in uſu bonorum circa corpus et externorum, ſive omnium, ſive plurimorum, et principalium. Quare quoque felicitatem eſſe ſunctionem ſecundum virtutem, per actiones ſucceſſus compotes. Bona vero corporis et externa, efficientia dici beatitudinis, quod ad eam aliquid conferant,

---

m) Iterum haec mutilata ſunt ap. Cant. ubi poſt δυναμένοις exciderunt verba: τὰς κοινωνικὰς καὶ πολιτικὰς πράξεις καὶ θεωρητικὰς, καὶ τῶν σπουδαίων καὶ τῶν φαύλων εὔλογον ἐν τῷ ζῆν εἶναι μονὴν, τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις εὔλογον ἐκ τοῦ &c. quae ſuppeditant codd. V. A. quibus quae modo dicta erant, declarantur.

n) Nova hic ap. Cant. lacuna, etſi nihil indicatum eſt. Nam poſt ἐκ τῶν σωματικῶν omiſſa ibi ſunt verba: καὶ ἐκ τῶν ἐξωθεν ἀγαθῶν, οὐδὲ τὸ τυγχάνειν αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν ἐν τοῖς περὶ σῶμα καὶ τοῖς

θῶν, οὐδὲ τὸ τυγχάνειν αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν ἐν τοῖς περὶ σῶμα καὶ τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις καὶ κυριωτάτοις. Ὅθεν καὶ ἐνέργειαν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν κατ' ἀρετὴν ἐν πράξεσι προηγουμέναις κατ' εὐχήν· τὰ δὲ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθὰ ποιητικὰ λέγεσθαι τῆς εὐδαιμονίας, τῷ συμβάλλεσθαί o) τι παρόντα· τοὺς δὲ νομίζοντας αὐτὰ συμπληροῦν τὴν εὐδαιμονίαν, ἀγνοεῖν ὅτι ἡ μὲν εὐδαιμονία βίος ἐστὶν, ὁ δὲ βίος ἐκ πράξεως συμπεπλήρωται. Τῶν δὲ σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν οὐδὲν οὔτε πρᾶξιν εἶναι καθ' ἑαυτὸ, οὔθ' ὅλως ἐνέργειαν. Τούτων δὴ τοῦτον ἐχόντων τὸν p) λόγον ἥ, τε εὐεργεσία συνήσεται, καὶ ἡ χάρις, καὶ ἡ εὐχαριστία, καὶ Φιλανθρωπία καὶ q) Φιλοτεκνία, καὶ Φιλαδελφία, καὶ πρὸς ταύταις ὅ, τε Φιλόπατρις, καὶ Φιλοπάτωρ, καὶ Φιλοικεῖος, καὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἥτ' εὐκοινωνησία καὶ ἡ εὔνοια, καὶ ἡ Φιλία, καὶ ἡ ἰσότης, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρετῶν θεῖος χορὸς, οὗ τοὺς κατολιγωρήσαντας r) ἁμαρτάνειν Φανερῶς περί τε τὰς αἱρέσεις τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰς Φυγὰς τῶν κακῶν, καὶ περὶ τὴν κτῆσιν καὶ περὶ τὴν χρῆσιν τῶν ἀγαθῶν, ὁμολογουμένως τε διασΦάλλεσθαι περὶ μὲν τὴν αἵρεσιν παρὰ τὴν κρίσιν, περὶ δὲ τὴν κτῆσιν παρὰ τὸν τρό-

---

τοῖς ἔξωθεν &c. quae offerunt codd. V A. E. et quibus sensus restituitur. *Finem nempe*, i. e. *felicitatem, poni quidem*

ferant, si adsint; qui autem credunt ea explere felicitatem, nescire, felicitatem in vita esse, vitam autem constare actionibus. Corporis vero bonorum et externorum nihil omnino nec actionem esse per se, nec prorsus functionem. Quae cum ita sint, beneficentia quoque prodibit, et gratia, et gratitudo, et humanitas, et liberorum et fratrum amor, nec non patriae, parentum, familiae, adeoque facilitas, benevolentia, amicitia, aequalitas, iustitia, omnisque divinus virtutum chorus, quem qui contemnunt, in bonis expetendis inque acquisitione et usu bonorum manifeste peccant, tum in electione per iudicium, tum in acquisitione per modum, in usu vero per ignorantiam. Atque in electione quidem peccant, cum vel quod bonum non est eligunt, vel quod minus bonum est expetunt. Hoc enim plerisque accide-

---

dem proprie in bonis animi, attamen bona corporis et externa eatenus ad eum pertinere, ut sine iis plena felicitas existere nequeat. ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλ. bene codd. V. A. E. pro καὶ πᾶσιν καὶ τ. πλ. ap. Cant.

o) Copiose de beatitudine seu felicitate agentem habemus *Aristotel Eth* I, 5 &c. qui cum nostro conferendus. τῷ συμβάλλεσθαι edidi pro συμβαλέσθαι ap. Cant. Συμβάλλεσθαι habent quoque codd. V A.

p) τὸν ante λόγον supplent codd. V. A.

q) Καὶ ante φιλοτεκνία iidem exhibent codd.

r) οὗ τοὺς κατολιγορήσαντας, *quem qui contemnunt*, sic codd. V. A. E. pro οὐ τοὺς κατολιγορρη ap. Cant.

τρόπον, περὶ δὲ τὴν χρῆσιν παρὰ τὴν ἀμαθίαν. Παρὰ μὲν οὖν τὴν αἵρεσιν s) ἁμαρτάνειν, ὅταν τὸ μηδ' ὅλως ὂν ἀγαθὸν αἱρῶνται, ἢ τὸ ἧττον σφοδρώτερον ἤδη. Τοῦτο δὲ περὶ τοὺς πλείστους ὑπάρχειν, τὸ μὲν ἡδὺ τοῦ συμφέροντος, τὸ δὲ συμφέρον τοῦ καλοῦ προκρίνοντας, καὶ τῆς ἐρμῆς ἀμέτρως προεκφοιτῶντας. Παρὰ δὲ τὴν κτῆσιν, ὅταν μήτε ὅθεν, μήθ' ὅπως, μήτ' ἐφ' ὅσον χρὴ περιποιεῖσθαι, ταῦτα προδιαλάβωσι. Παρὰ δὲ τὴν χρῆσιν, ἐπεὶ πᾶσα χρῆσις ἢ πρὸς αὐτὴν t) ἔχει τὴν ἀναφοράν, ἢ πρὸς ἕτερον, ἐν μὲν τῇ πρὸς ἑαυτὴν, ὅταν μὴ προσφέρωνται τοῖς πράγμασι συμμέτρως· ἐν δὲ τῇ πρὸς ἕτερον, ὅταν τὸ κατ' ἀξίαν μὴ φυλάττωσι τοῦ πρέποντος. Εἰ δὲ περὶ αὐτὰ ἁμαρτάνουσιν οἱ φαῦλοι, περὶ τὰ ἐναντία πάντως κατορθοῦσιν u) οἱ σπουδαῖοι, καθηγεμόνα τῶν πράξεων ἔχοντες τὴν ἀρετήν. Πάσαις γοῦν ὡς ἔοικε ταῖς ἀρεταῖς κοινὸν ὑπάρχειν τό, τε κρίνειν, καὶ τὸ προαιρεῖσθαι υ), καὶ τὸ πράττειν. Οὔτε γὰρ ἄκριτον, οὔτ' ἀπροαίρετον, οὔτ' ἄπρακτον εἶναι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ τὴν μὲν φρόνησιν ἐξάρχειν, ὥσπερ ἡγεμονικὴν οὖσαν, καὶ τῶν ὑφ' ἑαυτὴν καὶ τῶν ὑπὸ τὰς ἄλλας x) αἱρετῶν καὶ φευκτῶν, καὶ πρακτῶν καὶ οὐ πρακτῶν, καὶ τῶν μᾶλλον καὶ ἧττον· τῶν δ' ἀλ-

s) τὴν αἵρεσιν, quod et ſenſus et membrorum ratio fingi-

cidere, qui iucundum utili, aut utile honesto praeferunt, sive in appetendo modum excedunt. In acquisitione autem, cum nec unde, nec quo pacto, nec quatenus acquirendum sit, considerant. In usu vero, cum postea quam omnis usus vel ad ipsum vel ad alium refertur, in priori modum rebus non adhibent, nec in posteriori decorum. Ac si peccant in his improbi, recte se gerunt probi, qui virtutem ducem sequuntur. In omnibus sane virtutibus iudicium cernitur, electio et actio. Neque enim sine iudicio, nec sine electione, nec sine actione esse virtutem; veruntamen prudentiam, principem quasi locum obtinentem, ducem esse, et eorum quae per se, et quae per alia vel eligenda sint vel fugienda, vel facienda vel

---

flagitat, rescripsi pro τὴν χρῆσιν, quod mox infra demum suo loco sequitur.

t) ἢ (sic V. A.) πρὸς αὐτὴν rescripsi pro καὶ πρὸς αὐτόν. In proximis res ipsa et oppositum ἐν δὲ τῇ πρὸς ἕτερον postulat ἐν μὲν τῇ (scil. ἀναφορᾷ) πρὸς αὐτὴν pro ἐκ (codd. V. A. male εἰ) μὲν πρὸς ἑαυτόν. Mox προσφέρωνται codd. V. A. E. pro προσφέρονται.

u) κατορθοῦσιν codd. V. A. E. pro κατορθῶσιν ap. Cant.

v) τὸ προαιρεῖσθαι recte codd. V. A. E. pro τὸ αἱρεῖσθαι, sic enim legendum esse proxime sequentia docent.

x) Sanum simul et integrum servarunt hunc locum codd. V. A. E. ἡγεμονικὴν οὖσαν καὶ τῶν ὑφ' ἑαυτὴν καὶ τῶν ὑπὸ τὰς ἄλλας cum in Cant. ed. legatur: ἡγεμονικὸν οὖσαν, καὶ τῶν ὑφ' ἑαυτῶν ὑπὸ τὰς ἄλλας &c.

δ' ἄλλων ἑκάστην ἀποτέμνεσθαι μόνα τὰ καθ' ἑαυτήν.

Ἀρετὴν y) δ' ὀνομάζεσθαι τὴν ἀρίστην διάθεσιν, ἢ καθ' ἣν ἄριστα διάκειται τὸ ἔχον. Τοῦτο δ' ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς δῆλον. Σκυτοτόμου γὰρ ἀρετὴν λέγεσθαι καθ' ἣν ἀποτελεῖν ἄριστον ὑπόδημα δύναται· καὶ οἰκοδόμου, καθ' ἣν ἄριστα διάκειται πρὸς οἰκοδόμησιν οἰκίας καλῆς. Ὅτι μὲν οὖν z) τὰ ἄριστα διατεθήναι a) ἐστὶν ἀρετὴ, ὁμολογούμενόν ἐστι. Δύο δ' ὥσπερ ἀρχὰς τῶν ἀρετῶν ὑπάρχειν, τὸν λόγον καὶ τὸ πάθος· ταῦτα δὲ ὅτε μὲν ἀλλήλοις ὁμονοητικῶς συμφωνεῖν, ὅτε δὲ σασιαστικῶς διαφωνεῖν· τὴν δ' ἀντίταξιν αὐτῶν γίγνεσθαι δι' ἡδονὰς καὶ λύπας. Τὴν μὲν οὖν τοῦ λόγου νίκην, ἀπὸ τοῦ κράτους παρωνύμως ἐγκρατείαν ἐπωνυμίαν ἔχειν, τὴν δὲ τοῦ ἀλόγου, διὰ τὸ τῆς ὁρμῆς ἀπειθὲς, ἀκρασίαν· τὴν δ' ἀμφοῖν ἀρμονίαν καὶ συμφωνίαν, ἀρετήν· τοῦ μὲν ἄγοντος ἐφ' ὃ δεῖ, τοῦ δ' ἑπομένου πειθηνίως.

Ἀίρετὸν b) δὲ λέγεσθαι, τὸ ὁρμὴν ἐφ' ἑαυτὸ κινοῦν, φευκτὸν δὲ, τὸ ἀφ' αὐτοῦ, ὅταν ὁ λόγος σύμψηφος ᾖ. Καθάπερ γὰρ τὸ βουλητὸν κατὰ τὴν βού-

---

y) Inscribitur proxima paragraphus ap. Cant. περὶ ἀρετῆς. — ὀνομάζεσθαι codd. V. A. pro ὠνομάσθαι ap. Cant.

z) οὖν nexu postulante supplevi.

a) Pro διατιθέναι rescripsi sensu passivo διατεθῆναι, *compositum esse*. Ea est enim vis virtutis sensu latiori, ut ad

vel intermittenda, et quae magis minusve; reliquae autem sua singula procurant.

Virtutem vero vocari optimam affectionem, secundum quam quidquid eam habet, optime constitutum est. Colligitur autem hoc per inductionem. Siquidem et sutoris virtus dicitur secundum quam probum calceum novit parare, et architecti, secundum quam domum pulchram potest exstruere. Atque optimam quidem affectionem virtutem dici, manifestum est. Duo autem tanquam principia ponuntur virtutum, ratio et affectus; quae nunc inter se conveniunt, nunc dissentiunt, idque propter voluptatem et dolorem. Et rationis quidem victoriam continentiam sibi cognominem ascisсere; affectus autem, rationis expertis, incontinentiam; utriusque autem consensum et concordiam virtutem esse, altera recte imperante, altera parente.

Expetendum autem dici, quod appetitum ad se attrahit, fugiendum autem, quod a se repellit, quando consentit ratio. Quemadmodum enim appetendum

---

ad quaeque optime comparati simus. Mox ὥσπερ bene codd. V. A. E. pro ὡς ὑπὲρ ap. Cant.

b) Iterum inscriptio praefigitur ap. Cant. περὶ αἱρετῶν καὶ φευκτῶν. — ἐφ' ἑαυτὸ dedi pro ἐφ' ἑαυτοῦ. Mox ὁ ante λόγος supplent codd. V. A.

βούλησιν ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, οὕτω καὶ τὸ αἱρετὸν κατὰ τὴν αἵρεσιν. Τὸ δ' αἱρετὸν καὶ ἀγαθὸν ταυτὸν ἐδόκει c) τοῖς ἀρχαίοις εἶναι. Τὸ γ' οὖν ἀγαθὸν ὑπογράφοντες, οὕτως ἀφωρίζοντο· ἀγαθόν ἐστι οὗ πάντ' ἐφίεται d). Τῶν δ' ἀγαθῶν ἔλεγον τὰ μὲν δι' ἡμᾶς αἱρετὰ ὑπάρχειν, τὰ δὲ διὰ τοὺς πλησίον· τῶν δὲ δι' ἡμᾶς τὰ μὲν καλὰ, τὰ δ' ἀναγκαῖα· καλὰ μὲν, τάς τε ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ἀπ' αὐτῶν, φρόνησίν τε, καὶ τὸ φρονεῖν, καὶ δικαιοσύνην καὶ τὸ δικαιοπραγεῖν, καὶ κατὰ τὸ e) ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ἀναγκαῖα δὲ f), τό, τε ζῆν, καὶ τὰ πρὸς τοῦτο συντείνοντα, καὶ τὴν τῶν ποιητικῶν ἔχοντα χώραν, οἷον τό, τε σῶμα καὶ τὰ τούτου μέρη καὶ τὰς αὐτῶν καλὰς χρήσεις· g) καὶ τῶν ἐκτὸς λεγομένων, εὐγένειαν, πλοῦτον, δόξαν, εἰρήνην, ἐλευθερίαν, φιλίαν, τούτων γὰρ ἔκαστον συμβάλλεσθαί h) τι πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς χρῆσιν.

Τὴν i) δ' εὐδαιμονίαν ἐκ τῶν καλῶν γίγνεσθαι καὶ προηγουμένων πράξεων, διὸ καὶ δι' ὅλων εἶναι κα-

---

c) ἐδόκει recte codd. V. A. E. pro δοκεῖ ap Cant. οἱ ἀρχαῖοι sunt Aristoteles et qui eum proxime secuti sunt. Subtilius hic distinxisse seriores, inprimis Stoicos, notum est.

d) οὗ πάντ' ἐφίεται, recte ut opinor codd. V. A. E. pro οὗ πάντες ἐφίενται, nam si πάντες retineas, legendum saltem foret ἐφίενται. Sed nostram lectionem confirmat ipse

dum ab appetitione nomen habet, sic eligendum ab electione. Expetendum porro et bonum veteres pro eodem habuere, quare cum bonum describunt, ita definiunt: bonum est quod omnes appetunt. Bonorum autem alia propter nos dixerunt expetenda, alia propter alios; et bonorum priora vel honesta vel necessaria; honesta nempe, virtutes omnes, et functiones earum; ut prudentiam et sapere, et iustitiam et iuste agere, et sic quoque in reliquis. Necessaria vero, vivere, et quae ad vitam pertinent, efficientia porro, ut corpus, eiusque partes, rectumque earum usum. De externis vero nobilitatem, divitias, gloriam, pacem, libertatem, amicitiam; siquidem horum singula nonnihil ad virtutis usum conferunt.

Felicitatem autem ex honestis et praepositis actionibus constare, sic ut tota sit honesta, quemadmodum

---

ipse *Aristotel.* tum *Ethic.* I, 1. tum in *Rhet.* I, 6. ubi cum aliis τοῦ ἀγαθοῦ explicationibus nostra quoque legitur: οὗ ἐφίεται πάντα, ἢ πάντα τὰ αἰσθησιν ἔχοντα ἢ νοῦν.

e) κατὰ τὸ recte codd. V. A. pro κατὰ τόν.

f) δὲ edidi pro τε. Mox χώραν bene servarunt codd. V. A. pro χωρεῖν ap. Cant.

g) Nullo sensu edidit Cant. καὶ τὰ αὐτῶν, καὶ τὰς χρήσεις, quod et codd. nisi quod τὰς recte habent pro τὰ. Rescripsi καὶ τὰς αὐτῶν καλὰς χρήσεις, *membra et rectum eorum usum.*

h) συμβάλλεσθαι codd. V. A. pro συμβαλέσθαι ap. Cant. qui et τῆς supplent ante ἀρετῆς.

i) Inscribitur haec paragraphus ap. Cant. ἐκ τίνων ἡ εὐδαιμονία; *ex quibus constet beatitudo?* — δὲ supplent codd.

καλὴν, καθάπερ καὶ τὴν k) ἐν τοῖς αὐλοῖς ἐνέργειαν δι' ὅλων ἔντεχνον. Οὐ γὰρ ἐκβιβάζειν τὴν παράληψιν τῶν ὑλικῶν l) τῆς εἰλικρινείας τοῦ καλοῦ τὴν εὐδαιμονίαν, ὡς οὐδὲ τὴν τῆς ἰατρικῆς ἔντεχνον δι' ὅλων ἐνέργειαν τὴν τῶν ὀργάνων χρῆσιν. Πᾶσαν μὲν γὰρ πρᾶξιν ἐνέργειαν εἶναί τινα ψυχῆς. Ἐπεὶ δ' ὁ πραττων σύγχρηται τισι πρὸς τὴν τελειότητα τῆς προθέσεως m), μέρη ταῦτα οὐ χρὴ νομίζειν τῆς ἐνεργείας, καίτοιγε ἐπιζητούσης ἑκατέρας τῶν εἰρημένων ἑκάτερον, οὐ μὴν ὡς μέρος οὐδὲ ποιητικὸν τῆς τέχνης. Τὰ γὰρ ὧν ἄνευ πράττειν ὁτιοῦν ἀδύνατον, μέρη τῆς ἐνεργείας λέγειν οὐκ ὀρθόν. Τὸ μὲν γὰρ μέρος ἐπινοεῖσθαι κατὰ n) τὸ συμπληρωτικὸν εἶναι τοῦ ὅλου, τὰ δ' ὧν οὐκ ἄνευ, κατὰ τὸ ποιητικὸν, τῷ φέρειν o) καὶ συνεργεῖν εἰς τὸ τέλος.

Διαιρεῖσθαι p) δὲ τ' ἀγαθὸν εἴς τε τὸ καλὸν καὶ εἰς τὸ συμφέρον, καὶ εἰς τὸ ἡδύ· καὶ τῶν μὲν κατὰ μέρος πράξεων τούτους εἶναι σκοπούς· τὸ δ' ἐκ πάντων αὐτῶν, εὐδαιμονίαν. Εὐδαιμονίαν δ' εἶναι χρῆσιν

---

codd. V. A. E. De *felicitatis* notione, quae recte hic dicitur constare ἐκ τῶν καλῶν, *honestis*, i. e. animi bonis, et τῶν προηγουμένων, *productis*, i. e. bonis corporis et externis, copiose disputat *Aristot. Eth.* I, 7 &c. et aliis locis.

k) καὶ τὴν recte codd. V. A pro ἢ τήν.

l) Sunt nempe τὰ ὑλικὰ quae alias vocat τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καὶ τὰ ἔξω, quibus utimur ad felicitatis completionem. — δι' ὅλων codd. V. A. E. pro διόλως.

m) τῆς

dum tibiarum usus totus est artificiosus. Neque enim usum materiae honestum felicitati detrahere, quemadmodum nec instrumentorum usum artem medicinae. Omnem enim actionem esse functionem animae. Cum vero quisquis agit ad perfectionem propositi nonnulla assumat, non tamen ea pro partibus functionis habenda sunt, si vel maxime quaevis functio aliquid horum desideret, neque pro parte artem efficiente. Non enim omnia sine quibus aliquid fieri nequit, partes rei vocandae sunt. Pars enim cogitatur, quatenus totum ea completur, contra ea sine quibus res non fiunt, quatenus eo, quod ad finem conferunt, efficientia sunt.

Dividi autem bonum in honestum, utile et iucundum. Ac singularum quidem actionum hi sunt scopi, ex omnibus autem oritur beatitudo. Esse autem

---

m) τῆς προθέσεως, *propositi*, codd. V. A. E. pro προσθέσεως ap. Cant.

n) κατὰ τὸ, *quatenus*, codd. V. A. recte pro καὶ τὸ ap. Cant.

o) Pro Φέρειν erunt forte qui malint συμφέρειν, ut sit: *quatenus tribuit aliquid ad finem obtinendum.* Nil tamen mutandum putavi, recte enim dicitur τῷ Φέρειν (scil ἡμᾶς) εἰς τὸ τέλος, *quia nos ferunt ad finem.*

p) Nova iterum inscriptio ap. Cant. Πόσα μέρη τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ περὶ σκοποῦ, *de boni partibus ac de scopo.* — δὲ hic quoque suppleni codd. V. A. E. Ceterum cum sequentibus conferenda sunt non modo quae Stagirites in Ethicis, sed quoque quae in *Rhetor.* I, 6. disputat.

σιν ἀρετῆς τελείας ἐν βίῳ τελείῳ προηγουμένην, ἢ q) ζωῆς τελείας ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν· ἢ χρῆσιν ἀρετῆς ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἀνεμπόδιστον. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τέλος ὑπάρχειν. Εἰ δὲ τὸ μὲν εὐδαιμονεῖν τέλος, ἡ δ' r) εὐδαιμονία λέγεται σκοπὸς, καὶ ὁ μὲν πλοῦτος ἀγαθὸν, τὸ δὲ πλουτεῖν, ὧν χρὴ, τοῖς μὲν οὕτως διορίζουσι s) τῆς ἀκριβείας τῶν ὀνομάτων χάριν. Ἀκολουθητέον μέν τοι τῇ τῶν ἀρχαίων t) συνηθείᾳ, καὶ λεκτέον τέλος εἶναι οὗ χάριν πάντα πράττομεν, αὐτὸ δὲ οὐδενός· ἢ τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν, ἢ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν ἐν ἀγαθοῖς τοῖς περὶ τὸ σῶμα καὶ τοῖς ἔξω, ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις καὶ κυριωτάτοις. Τοῦτο δὲ μέγιστον ἐν τῶν ἀγαθῶν καὶ τελειότατον u), ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπηρετεῖσθαι. Τὰ μὲν γὰρ συμβαλλόμενα πρὸς αὐτὸ τῶν ἀγαθῶν ὁμολογουμένως χρὴ λέγειν, τὰ δὲ ἐναντιούμενα, τῶν εὖτ' ἀγαθῶν οὔτε κακῶν v), ἀλλὰ τῶν ἀδιαφόρων. Οὐ πᾶσαν δὲ καλὴν πρᾶξιν εὐδαιμονικὴν ὑπάρχειν. Τελείας δ' εἶπον x) ἀρετῆς χρῆσιν τὴν εὐδαιμονίαν, ὅτι τῶν ἀρετῶν τὰς μὲν ἔλεγον εἶναι τελείας, τὰς δ' ἀτελεῖς· τελείας μὲν, τήν τε δικαιοσύνην καὶ τὴν καλοκἀγαθίαν· ἀτελεῖς δὲ, τὴν εὐφυΐαν καὶ τὴν προ-

---

q) ἢ bis exhibent codd. V. A. E. pro καὶ, qui et ante κατὰ φύσιν recte inserunt ἐν τοῖς, *in omnibus iis quae secundum naturam sunt.*

r) δὲ recte inserit cod. A. Incipit nempe apodosis a καὶ ὁ μὲν πλοῦτος scil. λέγεται.

s) τοῖς

tem beatitudinem usum virtutis perfectae in vita perfecta cum successu, vel vitae perfectae functionem secundum virtutem; vel usum virtutis secundum naturam absque impedimento. Idem quoque finem esse. Si vero felicem esse finis, felicitas vero scopus dicitur, iis qui sic distinguunt divitiae quoque inter bona, et divitem esse inter ea quae oportet, enumerandae. Praestat tamen veteres sequi, qui finem esse dixerunt cuius causa omnia facimus; ipsum autem nullius causa; sive ultimum expetendorum; sive vitam secundum virtutem in bonis externis et corporeis, nisi omnibus, plurimis saltem et praecipuis. Id autem cum maximum sit bonum, reliquorum utitur ministerio. Ut enim, quae ad illud conferunt pro bonis sunt habenda, ita quae resistunt pro nec bonis nec malis sive adiaphoris. Non autem omnem actionem honestam felicitatem conficere. Perfectae autem virtutis usum felicitatem dixi, quod ex virtutibus alias perfectas, alias imperfectas dixerunt; perfectas, iustitiam et probitatem; imperfectas autem ingenuitatem et progressus, perfecto autem perfectum respon-

---

s) τοῖς μὲν οὕτω διορίζουσι bene codd. V. A. E. pro τοῖν μὲν οὕτω ὁρίζουσι ap. Cant.

t) Qui sint οἱ ἀρχαῖοι supra indicavi p. 274. not. c)

u) τελειότατον recte codd. V. A. E. pro τελειοτάτων.

v) οὔτε κακῶν supplent codd. V. A.

x) εἶπον codd. V. A. E. pro εἰπον ap. Cant.

προκοπήν· τῷ δὲ τελείῳ τὸ τέλειον ἁρμόττειν. Τέλος οὖν εἶναι τῆς τοιαύτης ἀρετῆς ἐνέργειαν, ἧς οὐθὲν ἄπεστι μέρος y). Καὶ τὸ ἐν βίῳ δὲ τελείῳ z) προσέθεσαν, ἐνδείξασθαι βουληθέντες, ὅτι περὶ τοὺς ἤδη προήκοντας ἄνδρας ἡ a) εὐδαιμονία γίγνεται· τὸ γὰρ μειράκιον ἄτελες καὶ ὁ τούτου βίος, διὸ οὐκ ἂν γενέσθαι περὶ τοῦτ' εὐδαιμονίαν, οὐδ' ὅλως ἐν ἀτελεῖ χρόνῳ, ἀλλ' ἐν τῷ τελείῳ. Τέλειον δ' εἶναι τοῦτον, ὅσον ὥρισεν ἡμῖν πλεῖστον ὁ θεὸς, ὥρισε δὲ κατὰ πλάτος b), καθάπερ καὶ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος. Ὡς οὖν οὐχ ἕνα τίχον συσήσειν ὑπόκρισιν c), μηδὲ μίαν χειρὸς ἔκτασιν ὄρχησιν, μηδὲ μίαν χελιδόνα ποιήσειν ἔαρ d), οὕτω μηδὲ βραχὺν χρόνον εὐδαιμονίαν. Τελείαν γὰρ εἶναι e) τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ τελείου συνεῳῶσαν ἀνδρὸς, καὶ χρόνου, καὶ δαίμονος. Προηγουμένην δὲ f) τὴν τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν, διὰ τὸ πάντως ἀναγκαῖον ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἀγαθοῖς ὑπάρχειν, ἐπεὶ καὶ ἐν κακοῖς ἀρετῇ χρήσαιτ' ἂν καλῶς ὁ σπουδαῖος, οὐ μὴν γε μακάριος

---

y) ἧς οὐθὲν ἄπεστι μέρος bene codd. V. A. E. pro καὶ οὐθὲν ἀπέστι μέρος ap. Cant.

z) Post τελείῳ in codd. V. A. E. inseritur τὸ τέλειον ἁρμόττειν, male, ut opinor. Turbatur enim his verbis, quae ex superioribus male repetita videntur, nexus orationis, qui sine iis clarus et perspicuus est.

a) ἡ recepi ex codd. V. A. E. Ceterum eadem haec copiosius disputantem invenies *Aristotel. Eth.* I, 11.

b) κατὰ

spondere. Finem itaque talis virtutis esse functionem, cui nulla pars deest. In vita autem perfecta addiderunt, ut ostenderent in viris provectae aetatis beatitudinem cerni, siquidem adolescens imperfectus est eiusque vita; quare non circa eum esse felicitatem, neque omnio tempore imperfecto sed perfecto; esse autem perfectum, quod quam longissime nobis constituit Deus, quod indefinitum est, ut corporis statura. Quare quemadmodum nec unus versus fabulam conficiat, nec una manus extensio saltationem, nec una hirundo ver, sic nec breve tempus felicitatem. Perfectam enim esse felicitatem quae simul ex perfecto viro tempore et fortuna consistat. Virtutis autem functionem cum successu; quod omnino necessarium sit, in bonis secundum naturam vivere, siquidem et bonum in malis versantem recte quidem uti posse virtute, nec tamen beatum fore, atque in ignominia quoque nobilitatem animi ostensurum, non tamen

---

b) κατὰ πλάτος, i. e. *infinite*, adeoque, *largiter*, *quantum sufficit*, quod alias quoque ἐν πλάτει dicitur. cf. *Steph.* h. v.

c) ὑπόκρισις, pars fabulae quam una persona suscipit, quod nos dicimus: *eine Role.*

d) Eodem hoc exemplo in re eadem utitur *Aristotel. Eth.* I, 6. Ἔτι δ' ἐν βίῳ τελείῳ· μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα, οὐδὲ ὀλίγος χρόνος.

e) εἶναι, quod sensus flagitat, rescripsi pro δεῖν.

f) δὲ recte codd. V. A. E. pro καὶ ap. Cant.

ριος ἔξαι g), καὶ ἐν αἰκίαις ἀποδείξαιτ' ἂν τὸ γενναῖον, οὐ μὴν εὐδαίμων ἔξαι. Αἴτιον δὲ, ὅτι ἡ μὲν ἀρετὴ καλῶν μόνον ἐστὶν ἀπεργαστικὴ καθ' ἑαυτήν, ἡ δ' εὐδαιμονία καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν. Οὐ γὰρ ἐγκαρτερεῖν βούλεται τοῖς δεινοῖς, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύειν h), πρὸς τὸ καὶ σώζειν τὸ ἐν κοινωνίᾳ δίκαιον, καὶ μήτε ἀποχερεῖν ἑαυτὴν τῶν ἐν τῇ θεωρίᾳ καλῶν, μήτε τῶν κατὰ τὸν βίον ἀναγκαίων. Ἥδιον γάρ τι καὶ κάλλιον εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, οὕτω δ' i) ἐπιτείνεσθαι καθάπερ τέχνην ὀργάνων πλήθει καὶ παρασκευῇ· οὔτε τὴν αὐτὴν εἶναι θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, οὔτε γὰρ τὴν ἀρετὴν ἀναπόβλητον ἐπὶ τῶν σπουδαίων τὸ παράπαν, δύνασθαι γὰρ ὑπὸ πλήθους καὶ μεγέθους ἀφαιρεθῆναι κακῶν. Ὅθεν ἠνδριάσειεν ἄν τις, μήποτε οὐδὲ κυρίως εὐδαιμονιστέον τὸν ἔτι ζῶντα, διὰ τὸ τῆς τύχης ἄδηλον. Τὸ γὰρ τοῦ Σόλωνος εὖ ἔχειν· τέλος ὅρα μακροῦ βίου k). Μαρτυρεῖν δὲ τοῦτο καὶ τὸν Βίαντα l), εὐδαιμονίζοντα

---

g) ἔξαι edidi pro ἔῃ ap. Cant. In proximis αἰκίαις ἀποδείξαιτ' ἂν recte codd. V. A. E. pro οἰκίαις ὑποδειξαιτ' αν ap. Cant. Praetera male ibi legitur οὐ μὴν εὐδαιμόνως, pro quo legendum εὐδαίμων, vel potius εὐδαίμων ἔξαι, quod ob sequens αἴτιον facile excidere potuit.

h) ἀπολαύειν, *frui bonis*, praeclare exhibent codd. V. A. pro ἀπολαβεῖν ap. Cant. Praeterea V. πρὸς τὸ recte pro πρὸς τῷ ap. Cant et in reliquis.

i) Pro οὕτω δὲ codd. V A. οὔτε δέ. Sed veram puto lectionem vulgatam. Crescere enim et augeri felicitatem

tamen futurum esse felicem. Ut enim virtus per se honestorum tantum efficiens est, ita felicitas et honestorum et bonorum. Non enim tam in malis perseverare, quam bonis frui vult beatitudo, quare et iustum in vita communi observare, nec contemplationis bonis, nec vitae commodis privari. Etenim cum iucundissimum sit et pulcherrimum beatitudo, artis instar crescit multitudine et apparatu instrumentorum; neque eandem esse in deo et homine, cum nec proborum virtus prorsus sit stabilis, quandoquidem malorum magnitudine et copia tolli potest. Quocirca dubitare licet, an omnino recte beatus, qui adhuc vivit, dicatur, cum incerta sit fortuna. Solonis enim: longae vitae finem spectandum, vere dictum esse; quod Biantem quoque testari,

---

tem bonis externis tantum abest ut negent Peripatetici, ut potius omnis eorum disputatio de εὐδαιμονίᾳ in eo versetur ut probent, abesse ea non posse.

k) Eadem haec *Aristot. Eth.* I, 13. κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν. In colloquio cum Croeso habito Solonem hoc affirmasse, nemo ignorat ex *Herodoto* I, 32. — Male Cant. ὡς εὖ ἔχειν pro quo codd. οὐ εὖ ἐχ. Sed ὡς ex terminatione praecedentis nominis ortum videtur.

l) Corrupte editum est a Cant. μαρτυρεῖ δὲ τοῦτο καὶ τὸν βίον εὐδαιμονίζοντας τοὺς ἀνθρώπους, ἢν καὶν ἀνήσκωσι. Pro μαρτυρεῖ codd. V. A. E. μαρτυρεῖν. In βίον nomen latere vix dubitaveris; et cum modo Solonis dictum citasset, alium ex septem sapientibus hic laudari haud immerito suspicaberis. Rescripsi igitur τὸν Βίαντα, eius enim scriptum τίνα μάλιστα τρόπον τις εὐδαιμονοίη; ex quo haec petita videntur, (inter dicta enim eius quae *Stob. in* Fla-

ζοντα τοὺς ἀνθρώπους ἡνίκ' ἂν θνήσκωσι. Τὸν δ' m) ἀφαιρεθέντα τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ εἶναι κακοδαίμονα, καθάπερ μηδὲ τὸν ὅλως ἔχοντα αὐτὴν n), ἀλλ' ἐθ' ὅ, τι μέσον. Βιοῦν γάρ ποτε καὶ σοφὸν καὶ μὴ σοφὸν τὸν μέσον λεγόμενον βίον, τὸν μήτε εὐδαίμονα μήτε κακοδαίμονα. Περὶ δὲ τοὺς κοιμωμένους οὐκ εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἢ οὐκ ἐντελέχειάν γε. Τὴν μὲν o) γὰρ ἐνέργειαν τῆς ψυχῆς περὶ τὴν ἐγρήγορσιν εἶναι, ταύτῃ δὲ δεῖ προστίθεσθαι p) τὸ κατὰ φύσιν, διὰ τὸ μὴ πᾶσαν τὴν ἐγρήγορσιν τῶν σπουδαίων τελείας εἶναι χρῆσιν ἀρετῆς, ἀλλὰ τὴν κατὰ φύσιν. Ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ μὴ μαινομένου, μηδ' ἐξεστηκότος, ἐπεὶ τήν γε μανίαν καὶ τὴν ἔκστασιν, καὶ τὸν ὕπνον ἐξιστάνειν αὐτὸν ταύτης τῆς χρήσεως, τάχα δὲ καὶ τῆς τοῦ λόγου, καὶ ποιεῖν θηρίον. Οἷς γὰρ λογικόν ἐστι q) τὸ ζῆν, τούτοις καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχειν· οὐκ ἀεὶ δὲ οὐδὲ τούτοις, ἀλλὰ τοῦτο εἰ r) προηγούμενον ἔχοιεν τὸ ζῆν. Ὡς δὲ τὴν εὐδαιμονίαν λέγεσθαι χρῆσιν ἀρετῆς, οὕτω καὶ τὴν κακοδαιμονίαν s) χρῆσιν κακίας· οὐ μὴν ὡς τὴν κακίαν αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, οὕτω καὶ τὴν ἀρετὴν

Florileg. p. 38 Diogenes, Plutarchus et alii ſervarunt, non reperio) teſte *Diog. Laert.* I, V, 5. Pro ἢν κἂν denique codd. V. A. recte ἡνικ' ἄν.

m) δὲ poſt τὸν ſupplevi ut nexus conſtaret. Apud Cant. enim male haec iunguntur praecedentibus.

n) Man-

stari, felices praedicantem homines post mortem. Privatum autem felicitate non ideo statim infelicem esse, ut qui omnino ea carent; esse enim medium; hominesque et sapientes et insipientes mediam hanc vitam vivere, neque felicem neque infelicem. Dormientes autem beatitudine non frui, saltem non perfecta. Animae enim functionem esse tantum in vigilia, huic autem, ut felix sit, addendum esse ut sit secundum naturam, quare non omnem probi evigilationem esse usum perfectae virtutis, sed tantum quae secundum naturam sit. Esse autem hanc nec insanientis, nec attoniti, quod insania et exstasis, et somnus, eum et huius usu et ratione privet, et brutum reddat. Qui enim cum ratione vivunt, iis competit quoque beatitudo; non tamen semper, sed si eum successu vivunt. Quemadmodum vero beatitudo dicitur virtutis usus, sic miseria vitii; neque tamen ut pravitas sufficit ad miseriam, sic quoque virtus ad felici-

---

n) Mancus est hic locus in editis. Post ἀυτὴν enim (male Cant et codd. ταυτην,) exciderunt verba: ἀλλ' ἐσθ' ὅ, τι μέσον. Βιοῦν γάρ ποτε τὸν σοφὸν καὶ μὴ σοφὸν τὸν μέσον &c quae supplent codd V. A.

o) μὲν supplent codd. V. A. E.

p) Legitur ap. Cant. nullo sensu τοῦ τῇδι (A. τῇδε) προστίθεσθαι. Legendum: ταύτῃ δὲ δεῖ προστίθεσθαι, *huic autem addendum esse* &c.

q) ἐςὶ codd. V. A E. pro ἐπί.

r) εἰ, quod sensus flagitat, addidi.

s) λέγεσθαι iterum hic habet Cant. quod delent codd. V. A.

τὴν πρὸς εὐδαιμονίαν. Ὡς δὲ τὸν σπουδαῖον τἀγαθὰ ἔχειν, καὶ αὐτῷ συμφέρειν καὶ τοῖς ἄλλοις. Φευκτὸν δὲ τὸν βίον γίγνεσθαι, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἐν ταῖς ἄγαν ἀτυχίαις· t) τοῖς δὲ κακοῖς καὶ ἐν ταῖς ἄγαν εὐτυχίαις. Πλεῖον γὰρ ἁμαρτάνειν, διὸ καὶ μηδὲ κυρίως εὐτυχεῖς εἶναι u) τοὺς φαύλους.

Ἐπειδὴ v) δ' εὐδαιμονία τὸ μέγιστον ἀγαθὸν, διαιρετέον ποσαχῶς λέγεται τὸ ἀγαθόν; Τριχῶς δέ φασιν λέγεσθαι, τό, τε γὰρ πᾶσι τοῖς οὖσι σωτηρίας αἴτιον, καὶ τὸ κατηγορούμενον παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τὸ διαυθαίρετον· ὧν τὸ μὲν δεῖν θεὸν εἶναι τὸ πρῶτον x), τὸ δὲ γένος τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ τέλος, ἐφ' ὃ πάντα ἀναφέρομεν, ὅπερ ἐστὶν εὐδαιμονία. Καὶ τὸ διαυθαίρετον δὲ τριχῶς λέγεσθαι, ἢ οὗ χάριν τινὰ πράττομεν ὡς ἐσχάτου· ἢ οὗ χάριν πάντα· ἢ τρίτον ὃ μέρος γίγνεται τούτων. Τῶν τε διαυθαιρέτων τὰ μὲν εἶναι τελικὰ, τὰ δὲ ποιητικά. Τελικὰ μὲν, τὰς κατ' ἀρετὴν πρηγουμένας πράξεις· ποιητικὰ δὲ, τὰ ὑλικὰ τῶν αἱρετῶν. Τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τίμια, τὰ δὲ ἐπαινετὰ, τὰ δὲ δυνάμεις, τὰ δὲ ὠφέλιμα. Τίμια μὲν, οἷον θεὸν, ἄρχοντα, πατέρα· ἐπαινετὰ δὲ, οἷον δικαιοσύνην, φρόνησιν· δυνά-

---

t) ἀτυχίαις recte codd. V. A. E. pro εὐτυχίαις ap. Cant.

u) Post εἶναι male hic intrusum erat καὶ, quod delevi.

v) Inscriptio hic iterum praefigitur ap. Cant.: ποσαχῶς

licitatem. Probum autem virum bonis uti, tum ipsi tum aliis prodesse. Vitam autem relinquendam esse bonis in nimiis quidem miseriis, pravis vero in nimium quoque secundis. Tanto magis enim eos peccare, adeoque omnino felices dici non posse.

Quoniam vero beatitudinem maximum bonum ponimus, quot modis bonum dicatur, exponemus. Trifariam autem dici volunt, primum quod omnibus salutis est causa, tum quod omni bono competit, tertio quod per se est expetendum. Horum autem primum oportet esse Deum; alterum omne genus bonorum; tertium finis, ad quem omnia referimus, id est beatitudo. Iam quod per se expetendum est, trifariam quoque dici, vel cuius causa facimus aliquid, (quod ultimum est;) vel cuius causa omnia fiunt; vel denique, quod horum pars est. Per se expetendorum quoque alia sunt ultima, alia sunt efficientia; illa quidem actiones secundum virtutem cum successu; haec autem quae materiam habent. Bona porro alia sunt honesta, alia laudanda, alia facultates, alia utilia. Honesta quidem, ut Deus, princeps, parens; laudanda vero, ut iustitia, prudentia; facul-

---

χῶς λέγεται τὸ ἀγαθὸν; *quot modis bonum dicatur?* — Ἐπειδὴ δ' εὐδαιμονία recte codd. V. A. E pro Ἐπειδὴ μὲν εὐδαιμονίαν in ed.

x) δεῖν θεὸν εἶναι τὸ πρῶτον codd. V. A. pro δεῖ θεὸν εἶναι τὸν πρῶτον.

δυνάμεις δὲ, οἷον πλοῦτον, ἀρχὴν, ἐξουσίαν· ὠφέλιμα δὲ, τὰ ποιητικὰ *y*) τούτων καὶ φυλακτικὰ, οἷον ὑγείαν καὶ εὐεξίαν. Ἔτι *z*) τῶν αἱρετῶν καὶ ἀγαθῶν τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ εἶναι αἱρετὰ, τὰ δὲ *a*) δι' ἕτερων. Τὰ μὲν γὰρ τίμια, καὶ ἐπαινετὰ, καὶ τὰς δυνάμεις *b*) καθ' αὑτά. Καὶ γὰρ τὰς δυνάμεις ὑπάρχειν τῶν καθ' αὐτὰ ἀγαθῶν, οἷον πλοῦτον καὶ ἀρχάς, οἷς ἄν χρήσειεν καὶ ἃς ζητήσειεν ὁ *c*) ἀγαθὸς ἀνήρ· καὶ οἷς δύναται εὖ χρῆσθαι, ἀγαθὰ, καὶ καθ' ἑαυτὰ ἀγαθὰ πεφυκέναι, ὥσπερ ὑγιεινὰ, ἃ ζητήσειεν ἂν ὁ ἰατρὸς, καὶ δύναιτο χρῆσθαι. Τὰ δὲ ὠφέλιμα δι' ἑτέρων· τῷ γὰρ ποιεῖν ἕτερα, καὶ σώζειν, τῶν αἱρετῶν *d*) ὑπάρχειν. Ἄλλη διαίρεσις, τῶν καθ' αὐτὰ ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τέλη, τὰ δ' οὐ τέλη· *e*) οἷον δικαιοσύνην μὲν, καὶ ἀρετὴν καὶ ὑγείαν, τέλη, καὶ ἁπλῶς, ὅσα ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γενόμενων καὶ περαλαιούμενα *f*) ὑπάρχει, ὥσπερ τὴν ὑγείαν, οὐ μὴν τό, τε ὑγιαῖνον, οὐδὲ τὴν θεραπείαν τοῦ κάμνοντος. Εὐφυΐαν δὲ, καὶ ἀναμνήσεις, καὶ μαθήσεις, οὐ τέλη. Ἄλλη

---

y) Post ποιητικὰ codd. V. A. supplent τούτων καὶ φυλακτικὰ, quae desunt ap. Cant.

z) Ἔτι recte codd. V. A. pro ὅτι in ed.

a) δὲ supplent codd. V. A. E. Pro δι' ἑτέρων codd. V. A. δι' ἕτερα. Sed retinui vulgatum; sic enim continuo infra, et in codd. De divisione hac ipsa vide copiose disputantem *Aristotelem Magn. Mor.* I, 1.

b) Ex-

facultates vero, ut divitiae, imperium, poteſtas; utilia vero, quae haec procreant et conſervant, ut ſanitas et bonus habitus. Deinde ex bonis et expetendis alia per ſe ſunt expetenda, alia per alia. Honeſta enim, et laudanda, et facultates, per ſe; nam has quoque ad per ſe expetenda pertinere, velut divitias et imperium, quas vir quoque probus ſibi quaerat et quibus utatur; omnia porro quibus recte utitur bona, et per ſe bona eſſe, ut ſalutifera, quae quaerit medicus et quibus utitur. Utilia vero per alia; quae quod efficiant alia et conſervent, ex eligendis eſſe. Alia diviſio bonorum per ſe, alia eſſe fines, alia non fines; v. c. iuſtitia, virtus, ſanitas, fines, ac omnino quaecunque de ſingulis componuntur, eaque in ſe continent, ut ſanitas, non tamen medicina, neque cura aegrotantis. Bona contra indoles, bona memoria et diſciplina non fines. Alia diviſio,

---

b) Exciderant hic poſt δυνάμεις verba: καθ' αὑτά. Καὶ γὰρ τὰς δυνάμεις ὑπάρχειν τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν, ut facile patet ob Homoioteleuton. Supplent ea codd. A. P.

c) ὃ recepi ex V. A. pro καὶ, etſi utrumque ferri poſſet. Sed pro ſequenti καὶ οἷς δύναται malim οἷς γὰρ δύναται &c. quo nexus melius conſtaret.

d) τῶν αἱρετῶν ſenſu iubente reſcripſi pro τῶν ἀρετῶν. De iis enim, quae vel per ſe vel per alia eligenda ſunt, ſermo eſt.

e) Verba τὰ δ' οὐ τέλη ſupplent codd. V. A.

f) κεφαλαιούμενα (ſic cod. V.) ὑπάρχει edidi pro κεφαλαιώμενά ὑπάρχειν.

λη διαίρεσις, τῶν τελέων τὰ μὲν παντὶ ἀγαθὰ εἶναι, τὰ δ' οὐ παντί. Τὴν μὲν γὰρ ἀρετὴν καὶ φρόνησιν παντὶ ἀγαθὰ, ὅτῳ γὰρ ἂν παραγένηται ὠφελεῖν· πλοῦτον δὲ καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις οὐ παντί. Πῶς οὖν ἀγαθά; Καθόσον ἀφώρισαι τὸ εἶναι ἀγαθὰ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς χρήσει. Φαίνεσθαι g) δὲ ταῦτα καὶ ζητεῖν, καὶ χρωμένοις ὠφελεῖν. Οἷς δὲ τὸν ἀγαθὸν εὖ χρῆσθαι, τούτοις τὸν κακὸν κακῶς· ὥσπερ οἷς ἂν εὖ τὸν μουσικὸν, τούτοις τὸν ἄμουσον κακῶς. Ἅμα δὲ κακῶς χρώμενον βλάπτεσθαι, καθάπερ ἵππον ἀγαθὸν ὄντα τὸν μὲν ἱππικὸν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὸν ἀφίππον οὐ μετρίως. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν h), τὰ δὲ περὶ σῶμα, τὰ δ' ἐκτός. Περὶ ψυχὴν μὲν, οἷον εὐφυΐαν τε καὶ τέχνην καὶ ἀρετὴν, καὶ σοφίαν, καὶ φρόνησιν, καὶ ἡδονήν· περὶ σῶμα δὲ, ὑγείαν, καὶ εὐαισθησίαν, καὶ κάλλος, καὶ ἰσχὺν, καὶ ἀρτιότητα, καὶ πάντα τὰ μόρια σὺν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐνεργείαις· ἐκτὸς δὲ, πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ εὐγένειαν, καὶ δυναστείαν, καὶ φίλους, καὶ συγγενεῖς, καὶ πατρίδα. Τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἀεὶ φύσει παρεῖναι, καθάπερ γε i) ὀξύτητα, καὶ μνήμην,

---

g) In verbis Φαίνεσθαι δὲ ταῦτα καὶ ζητεῖν corruptela latet. Sensus, si quid video, esse debet: *apparere bona haec et quaerenda esse, et bono usu utentibus prodesse.* Num forte legendum: Φαίνεσθαι δὲ ὡς δεῖ ταῦτα καὶ ζητεῖν, καὶ

sio, finium alios omnino bonos, alios non omnino esse. Virtutem enim et prudentiam omnino bona esse, prodesse enim cuicunque adsint. Divitias contra, imperium et facultates non omnino. Quomodo itaque bona sunt? Quatenus bonorum virorum usu. Videri tamen haec quoque quaerenda, et utentibus utilia esse. Quibus autem bonus bene utitur, iisdem malus male; ut quibus bene musicus, iisdem male musicae imperitus. At quisquis male utitur, eo laeditur, ut equus bonus equitandi peritum iuvat, imperitum laedit. Praeterea alia bonorum esse circa animam, alia circa corpus, alia circa externa. Circa animam, ut bona indoles, ars, virtus, sapientia, prudentia, voluptas; circa corpus vero sanitas, sensuum vigor, pulchritudo, robur, integritas, ac omnes partes cum omnibus facultatibus et functionibus; circa externa autem, ut divitiae, gloria, nobilitas, imperium, amici, propinqui et patria. Bonorum circa animam porro alia semper adesse natura, ut acumen, memoria ac

---

καὶ εὖ χρωμένοις ὠφελεῖν? Vel: *φαίνεσθαι γὰρ μετὰ τὸ ζητεῖν καὶ εὖ χρωμένοις ὠφελεῖν, apparere si ea quaesiveris recte utentibus ea prodesse?* De divisione ipsa cf. *Aristot. Magn. Moral.* I. 2.

b) Explicat novam hanc divisionem et primariam *Aristotel.* l. c. cap. 3.

i) γε rescripsi pro γάρ.

μην, τό, τε ὅλον εὐφυΐαν· τὰ δ' ἕξῆς ἐπιμελείας περιγίγνεσθαι, ὡς τάς τε προπαιδεύσεις καὶ διαίτας ἐλευθέρους· τὰ δ' ἐκ τελειότητος ὑπάρχειν, οἷον φρόνησιν, δικαιοσύνην, τελευταῖον δὲ σοφίαν. Ἔτι δὲ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἡμᾶς k) καὶ κτήσασθαι καὶ ἀποβαλεῖν, ὡς πλοῦτον· τὰ δὲ κτήσασθαι μέν, ἀποβαλεῖν δ' οὐ, ὡς εὐτυχίαν, ἀθανασίαν· τὰ δὲ ἀποβαλεῖν μέν, κτήσασθαι δ' οὐ, ὡς αἴσθησιν, ὡς τὸ ζῆν· τὰ δ' οὔτε κτήσασθαι οὔτ' ἀποβαλεῖν, ὡς εὐγένειαν. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι διαυθαίρετα μόνον, ὡς ἡδονὴν καὶ ἀοχλησίαν· l) τὰ δὲ ποιητικὰ μόνον, ὡς πλοῦτον· τὰ δὲ ποιητικὰ καὶ διαυθαίρετα, ὡς ἀρετὴν, φίλους, ὑγείαν. Καὶ ἄλλως δὲ πολλαχῶς διαιρεῖσθαι τἀγαθὰ, διὰ τὸ μὴ ἓν εἶναι γένος αὐτῶν, ἀλλὰ κατὰ τὰς δέκα λέγεσθαι κατηγορίας· m) ἐν ὁμωνυμίᾳ γὰρ ἐκφέρεσθαι τἀγαθὸν, τά, τε τοιαῦτα πάντα ὄνομα κοινὸν ἔχειν μόνον, τὸν δὲ κατὰ τ' ὄνομα λόγον ἕτερον n).

Τούτων o) δὴ διωρισμένων, ἐπελθεῖν ἀκριβέστερον ἀναγκαῖον τὰ περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς λεγόμενα.

Ταύ-

---

k) ἡμᾶς sensu iubente edidi pro εἶναι.

l) ἀοχλησίαν, *statum quietum*, re ipsa iubente edidi pro ὀγλησίαν, quod cum Cant. habent codd.

m) Corrupte exstat apud Cant. κατὰ τάςδε καλεῖσθαι κατηγορίας pro quo codd. V. A. E. bene κατὰ τὰς δέκα λέγεσθαι κατηγορίας.

n) ἕτερον codd. V. A. E. pro δεύτερον, quod quoque ferri

ac omnino bona indoles; alia contra studio comparari; ut disciplinae et artes liberales; alia vero in perfectione tantum cerni, ut prudentia, iustitia, ac postremo sapientia. Porro alia bonorum nos et acquirere et amittere, ut opes; alia acquirere quidem, non autem amittere; ut felicitatem et immortalitatem; alia amittere quidem, non autem acquirere, ut sensum, vitam; alia denique neque acquirere, neque amittere, ut nobilitatem. Praeterea bonorum alia esse tantum per se expetenda, ut voluptatem, et molestiarum vacuitatem; alia modo efficientia ut divitias; alia utrumque, ut virtutem, amicos, sanitatem. Et aliter quoque multifariam dividi, quod non unum eorum genus sit, sed secundum decem categorias distinguantur. Communi enim nomine bona quidem ea dici, sed, etsi nomen commune habeant, re ipsa tamen diversa esse.

His ita constitutis, locus de ethica virtute accuratius est explicandus. Hanc enim circa partem animae

---

ferri posset. Sensus enim est: *bona quidem communi nomine contineri, attamen de singulis aliam esse disquisitionem.* Verum vel sic haereo in κατὰ τ' ὄνομα. Num forte legendum μετὰ τ' ὄνομα, *post nomen?*

o) Inscribuntur sequentia ap. Cant περὶ τῆς ἠθικῆς ὅτι μέσοτητες, *Virtutes esse mediocritates.* Accedit enim iam Stobaeus ad celebre illud Aristotelis et Peripateticorum dogma, quo omnis eorum doctrina de moribus pendet, *virtutes*, (non tamen omnes, sed *ethicas*, i. e. quae

Ταύτην γὰρ ὑπολαμβάνουσι περὶ τὸ ἄλογον μέρος γίγνεσθαι τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ διμερῆ πρὸς τὴν παροῦσαν θεωρίαν ὑπέθεντο τὴν ψυχήν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν, τὸ δ' ἄλογον. Καὶ περὶ μὲν τὸ λογικὸν p) τὴν καλοκἀγαθίαν γίγνεσθαι, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ σοφίαν, καὶ εὐμάθειαν, καὶ μνήμην, καὶ τὰς ὁμοίους· περὶ δὲ τὸ ἄλογον, σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἠθικὰς καλουμένας ἀρετάς. Ταύτας δὲ φασι q) ὑπ' ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι. Πρὸς δὲ τὴν ἔνδειξιν τούτου, τῆς ἐκ τῶν αἰσθήσεων μαρτυρίας r) χρῶνται, βουλόμενοι τῶν ἀφανῶν τὴν ἐκ τῶν φανερῶν παρέχεσθαι πίστιν. Αὐτίκα s) γὰρ ὑπὸ τῶν γυμνασίων, πλειόνων τε γενομένων ἢ ἐλαττόνων, φθείρεσθαι τὴν ἰσχύν. Καὶ ἐπὶ τῶν ποτῶν καὶ σιτίων ὡσαύτως· πολλῶν γὰρ προσφερομένων ἢ ἐλαττόνων φθείρεσθαι τὴν ὑγείαν· συμμέτρως δὲ τῶν εἰρημένων ὄντων, σώζεσθαι τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ὑγείαν· παραπλησίως οὖν ἔχειν καὶ ἐπὶ τῆς σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Τὸν μὲν t) γὰρ τοιοῦτον ὄντα τὴν φύσιν, ὥσε

---

in moderandis cupiditatibus et affectibus positae sunt,) *consistere in eo ut medium inter duo extrema teneamus*, de quo Aristoteles agit tum in *libris ad Nicomachum*, tum in *magnis Moralibus*.

p) Manca simul et corrupta hic est ap. Cant. oratio, ubi τὸ μὲν λογικὸν τὴν καλογίγνεσθαι legitur. Exciderunt ibi

mae ratione carentem versari putant, cum duplicem ad hanc disquisitionem animam ponant, ratione praeditam et ea carentem. In parte vero ratione praedita collocant probitatem, prudentiam, ingenium, sapientiam, alacritatem, memoriam et reliqua; in parte vero ratione destituta, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, et reliquas virtutes, quas Ethicas vocant; quas per inopiam et abundantiam perire aiunt. Quod ut ostendant, sensuum testimonio utuntur, ut ex manifestis obscura comprobent. Cum enim e. c. per corporis exercitia maiora vel minora iusto corrumpatur robur; nec minus in cibo et potu, cum omni nimio laedatur sanitas, eodem se pacto in temperantia, fortitudine, et reliquis virtutibus rem habere. Ut enim eum, qui tali natura sit, ut fulmen ne

---

ibi post λογικὸν verba: ἔχουσαν, τὸ δ' ἄλογον. Καὶ περὶ μὲν τὸ λογικὸν τὴν καλοκαγαθίαν γίγνεσθαι &c. quae suppeditant simul et emendant codd. V. A. E P.

q) Φασὶ, nempe Peripatetici, codd. V. A. pro Φησί.

r) τῆς — μαρτυρίας recepi ex V. pro τοῖς — μαρτυρίοις, etsi et hoc ferri potest.

s) Et haec manca iterum simul et corrupta ap. Cant. sic exstant: ἀντὶ γὰρ ὑπὸ τῶν γυμνασίων πλεῖον τε ὠσαύτως πολλῶν &c. Pro ἀντὶ codd. V. A. E. P. ἀυτίκα, qui statim post γυμνασίων supplent: πλειόνων τε γιγνομένων καὶ ἐλαττόνων φθείρεσθαι τὴν ἰσχὺν, καὶ ἐπὶ τῶν ποτῶν καὶ σιτίων ὡσαύτως· πολλῶν &c. quibus sensus restituitur. Desumta autem haec sunt ex *Aristot. Eth.* I, 2.

t) τὸν μὲν recte codd. V. A. pro τὸ μέν.

ὥστε μηδὲ τὸν κεραυνὸν φοβεῖσθαι, μαινόμενον, ἀλλ' οὐκ ἀνδρεῖον εἶναι· τὸν δ' ἔμπαλιν πάντα φοβούμενον, ὥστε καὶ τὴν σκιάν, ἀγενῆ καὶ δεῖλον· ἀνδρεῖον δ' ὁμολογουμένως u), τὸν μήτε πάντα, μήτε μηδὲν φοβούμενον. Ταῦτ' ἄρα καὶ αὔξειν καὶ φθείρειν τὴν ἀρετὴν, ὥστε τοὺς μὲν μετρίους φόβους αὔξειν τὴν ἀνδρείαν, τοὺς δὲ μείζονας ἢ ἐλάττονας φθείρειν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, τὰς μὲν οὔσας κατὰ ταύτας v) ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις, φθείρειν αὐτάς· τὰς δὲ μετριότητας αὔξειν. Οὐ μόνον δὲ τούτοις ἀφορίζεσθαι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ ἡδονῇ καὶ λύπῃ x). Διὰ γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττειν ἡμᾶς, διὰ δὲ τὴν λύπην ἀπέχεσθαι τῶν καλῶν· οὐκ εἶναι δὲ λαβεῖν οὔτ' ἀρετὴν οὔτε κακίαν ἄνευ λύπης καὶ ἡδονῆς. Τὴν οὖν ἀρετὴν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ὑπάρχειν. Πρὸς δὲ τὸ σαφῶς δηλῶσαι τὰ περὶ τούτων, ἀναγκαῖον ἡγοῦντο τὰ περὶ ψυχὴν γιγνόμενα προσλαβεῖν y) τῷ λόγῳ· ταῦτα δή φασιν εἶ ἀρχὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων, πάθη, δυνάμεις, ἕξεις z). Πάθη δ' εἶναι ὀργὴν, φόβον, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον, τὰ παραπλήσια τούτοις, οἷς καὶ παρακολουθεῖν ἡδονὴν

---

u) ὁμολογουμένως reſcripſi pro ὁμολογοῦμεν ὡς, quod iam in marg. annotaverat Cant.

v) κατὰ ταύτας, *quae circa eas ſunt vel abundantiae vel inopiae*, recte codd. V. A. E. pro κατὰ πάντας ap. Cant.

x) Lo-

ne quidem timeat, insanum vocemus, non vero fortem; qui contra omnia, ipsamque umbram, ignavum et timidum; sic fortem, qui nec omnia nec nihil formidet. Haec igitur virtutem et augere et exstinguere, sic ut moderati quidem timores fortitudinem augeant, maiores autem ac minores exstinguant. Similiter quoque in reliquis virtutibus, quas inopia quidem et abundantia exstingui, mediocritate vero augeri. Non tamen his modo definiri virtutem, sed voluptate quoque et dolore, cum et ob voluptatem nequiter agamus, et propter dolorem honesta fugiamus. Neque vero virtutem neque vitium sine dolore aut voluptate esse; quare virtutem circa dolores et voluptates versari. Atque hoc ut manifestum redderent, animum ante cognoscendum proponebant, in quo haec tria cernerentur, affectus, facultates, habitus. Et affectus quidem iram, metum, odium, desiderium, aemulationem, misericordiam, et similia, quae voluptas ac dolor subsequan-

---

x) Locum hunc *περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης*, quatenus ad Ethicam pertinet, copiose explicavit *Arist. Eth.* VII, 12 &c.

y) *προσλαβεῖν*, *assumere*, *in auxilium vocare*, codd. V. A. E. pro *προλαβεῖν* in ed. Si tamen hoc praeferas *προλαβεῖν τῷ λόγῳ* foret *antea explicare*.

z) Disputat de his *Aristot. Eth.* II, 4. *Τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενα τρία ἐσὶ, πάθη, δυνάμεις, ἕξεις* &c. ubi virtutem in *ἕξει* consistere diserte ostendit.

νὴν καὶ λύπην· δυνάμεις δὲ a), καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων εἶναι λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς ὀργιζόμεθα, ζηλοῦμεν, τῶν τοιούτων ὁτιοῦν πεπόνθαμεν· ἕξεις δὲ, καθ' ἃς πρὸς ταῦτά πως ἔχομεν, καὶ ἀφ' ὧν ἡ τούτων ἐνέργεια εὖ ἢ κακῶς ἀποτελεῖται. Διὸ, εἰ μὲν οὕτω τις ὀργίζοιτο ῥαδίως, ὥστε ἐπὶ πάντα, καὶ πάντως, τὴν ἕξιν ἂν ἔχων φανείη τὴν τῆς ὀργιλότητος· εἰ δὲ οὕτως, ὥστε μηθὲν, μήτε ἐφ' ὅτῳ οὖν, τὴν τῆς ῥαθυμίας· ἀμφοτέρας δ' εἶναι ψεκτὰς, ἐπαινουμένην δὲ ἕξιν ὑπάρχειν τὴν πραότητα, καθ' ἣν ὅτε δεῖ, καὶ ὡς δεῖ b), καὶ ᾧ δεῖ, ὀργιζόμεθα. Διόπερ ἕξεις εἶναι τὰς ἀρετὰς, ἀφ' ὧν τὰς ἐν τοῖς πάθεσιν ἐνεργείας ἐπαινεῖσθαι συμβέβηκεν. Ἐπεὶ οὖν ἡ ἀρετὴ τῶν πρακτικῶν, πᾶσαν δὲ πρᾶξιν ἐν συνεχείᾳ θεωρεῖσθαι συμβέβηκε c), παντὸς δὲ συνεχοῦς ὥσπερ ἐν τοῖς μεγέθεσιν εἶναί τινα ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν καὶ μεσότητα, καὶ ταῦτα ἢ πρὸς ἄλληλα ὑπάρχειν ἢ πρὸς ἡμᾶς d), ἐν πᾶσί γε e) τὸ μέσον πρὸς ἡμᾶς βέλτιστον, τοῦτο γάρ ἐστιν ὡς ἡ ἐπιστήμη τε κελεύει καὶ ὁ λόγος· (τὸ γὰρ μέσον οὐ τὸν τοῦ ποσοῦ τόπον ὁρίζειν f), ἀλλὰ τὸν ποιοῦ, διὸ

---

a) δὲ, quod nexus poſtulat, ſupplevi.

b) καὶ ὡς δεῖ ſupplent codd. V. A.

c) Clara haec erunt ex iis quae diſputat *Ariſtot. Ethic.* II, 5. Ἐν παντὶ δὲ συνεχεῖ καὶ διαιρέτῳ ἔστι λαβεῖν τὸ μὲν πλεῖον, τὸ δ' ἔλαττον, τὸ δ' ἴσον, καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ

quantur. Facultates vero, secundum quas affectibus utimur, et irascimur, aemulamur, vel tale quid facimus; habitus vero, secundum quos versus illos affecti sumus, et a quibus horum functio recte vel secus procedit. Quare si quis ita sit affectus, ut quavis de causa et in quemlibet irascatur, eum iracundiae habitum tenere, sin ita, ut nulla de causa vel in neminem, negligentiae. Cumque utrumque sit vituperandum, laudari mansvetudinis habitum, secundum quem et iusto tempore, et iusto modo, et in quem oportet, irascimur. Habitus igitur esse virtutes, per quos in affectibus functiones laudari contingat. Cum igitur virtus in actione cernatur, actio autem omnis continua sit, omne vero continuum non aliter quam magnitudo, nimium parum et medium habeat, quae vel inter se, vel erga nos conferantur, medium ad nos relatum in omnibus esse optimum; (medium enim erga nos, non quantum sed

---

τὸ πράγμα, ἢ καθ' ἡμᾶς &c. Nempe id quod medium seu τὸ ἴσον est in re ipsa, ideo non id est quod convenit naturae nostrae, adeoque non τὸ ἴσον πρὸς ἡμᾶς; in hac vero disputatione tantum de hoc sermo esse potest, non de illo.

d) ἢ πρὸς codd. V. A. E. pro καὶ πρὸς ap. Cant.

e) γε rescribere non dubitavi pro δὲ, quod cum Cant. habent codd. Clarum enim est hic incipere apodosin. — ἡ ante ἐπισήμη supplent codd. V. A. E.

f) Nempe πρὸς ἡμᾶς. Pro τόπον num melius forte legas τρόπον, *modum?*

διὸ καὶ τέλειον εἶναι τῷ g) οὕτω καὶ ἄκρως ἔχειν. Τὰ δ' ἐναντία πως καὶ ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι καὶ τῷ μέσῳ· ἐναντία δ' εἶναι τήν τ' ἔλλειψιν καὶ τὴν ὑπερβολήν, τὸ δὲ μέσον πρὸς ἑκάτερον ἔχειν, ὅπερ τὸ ἴσον πρὸς τὸ ἄνισον πέπονθε, τοῦ μὲν ἐλάττονος πλεῖον ὄν, τοῦ δὲ πλείονος ἔλαττον.) Τὸ οὖν πρὸς ἡμᾶς μέσον ἀρίστου h), οἷόν φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ Εὐτυχίας, ὁδὶ μὲν πολλὰ διελθὼν, καὶ μακρῶς ἀπολεσχήσας, ὁδὶ δ' ὀλίγα μὲν οὐδὲ ταναγκαῖα, οὗτοι δὲ αὐτὰ ἃ ἔδει, μὴ τὸν καιρὸν ἔλαβεν. Αὕτη μεσότης πρὸς ἡμᾶς, ἄυτη γὰρ ὑφ' ἡμῶν ὥρισαι τῷ λόγῳ. Διὸ i) ἔστιν ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα, τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένη λόγῳ,

---

g) τῷ, *eo quod*, rescripsi pro τοῦ.

h) quae hic sequuntur passim corrupta sunt ap. Cant. Legitur ibi: τὸ οὖν πρὸς ἡμᾶς μέσον, ἀόριστον, οἷόν φησι Θεόφραστος ἐν ταῖς ἐντυχίαις. Pro ἀόριστον, codd. V. A. E. ἄριστον, quod verum puto. Repetit enim post parenthesin sententiam supra propositam: τὸ οὖν πρὸς ἡμᾶς μέσον βέλτιστον, eamque Theophrasti auctoritate confirmat. Sed quid alterum illud ἐν ταῖς ἐντυχίαις? Scripserat Theophrastus librum περὶ ἐυτυχίας seu *de vita beata*, quam et laudat *Diog.* V, II, 13; et plura ex eo affert *Cic. Tusc.* V, 9. Ad hunc respexisse vix dubitaveris Stobaeum. Rescripsi itaque ἐν τοῖς περὶ ἐυτυχίας. In hoc autem libro plura contenta fuisse, maxime quod fortunae nimium concesserit Theophrastus, ob quae in reprehensionem incurrerit, testis est *Cicero* l. c. quare non mirum a Stobaeo quoque eum hic carpi. Pergit enim ille ὁδὶ μὲν πολλὰ διελθὼν, καὶ μακρῶς ἀπολεσχήσας, *nimia eum mox et vana*

sed quale censeri, quare et perfectum esse, quod se sic et quam optime habeat; contraria autem et inter se et cum medio pugnare, esse autem adversaria nimium et parum, medium vero ad utrumque se habere ut aequale ad inaequale, cum sit minore maius et maiore minus). Medium erga nos itaque optimum est, ut dicit Theophrastus in libro de Fortuna, mox multa persequendo, et longe differendo, mox parum, ac ne necessaria quidem, nec quae oportebat — — —. Haec medietas est versus nos, quae a nobis iamiam definita est. Est itaque virtus habitus in eligendo in medjis se continens, quae erga nos ratione constituta sunt, secundum Theophrastum; tunc paribus aliquot expositis, per singula dein-

---

na disputasse; ὀδὶ δὲ — hic vero lacuna est in ed. quam sic explent codd. V. A. E *ὀλίγα μὲν οὐδὲ τ' ἀναγκαῖα, οὗτοι* (sic cod. P. pro *οὗτος* in reliquis,) *δὲ αὐτὰ ἃ ἔδει, in aliis eum nimis brevem et obscurum fuisse.* Et hactenus quidem omnia clara sunt; sed haereo in sequentibus: *μὴ τὸν* (in cod. P. seriori manu annotatum est *μέσον*) *καιρὸν ἔλαβεν. ἄυτη μεσότης* (ubi iam sequuntur quae et in editis.) *πρὸς ἡμᾶς· ἄυτη γὰρ ὑΦ' ἡμῶν ὥρισαι τῷ λόγῳ.* Verba *μὴ τὸν καιρὸν ἔλαβεν* fortasse iungi possunt prioribus si legas: *μηδὲ τὸν καιρὸν λαβὼν, nec iusto loco.* Sed quae sequuntur in codd. et editis *ἄυτη μεσότης πρὸς ἡμᾶς* &c. etsi per se satis clara sint, tamen quomodo cohaereant cum praecedentibus, non apparet, et num integrum habemus hic contextum merito dubitaveris.

i) Totidem verbis leguntur haec ap. *Aristot. Eth.* II, 6. ex quo mutata distinctione edidi *ὡρισμένῃ λόγῳ, ὡς* (sic codd. V. A. E.) *ἂν ὁ Φρόνιμος ὁρίσειεν*, pro *ὡρισμένῃ, λόγῳ δ' ὡς ἂν ὁ Φρ. ὁρ.* ap. Cant.

γῳ, ὡς ἂν ὁ Φρόνιμος ὁρίσειεν· εἶτα παραθέμενος k) τινὰς συζυγίας, ἀκολούθως τῷ ὑφηγητῇ, σκοπεῖν ἔπειτα καθ' ἕκαστα ἐπάγων, ἐπειράθη τὸν τρόπον τοῦτον· ἐλήφθησαν δὲ παραδειγμάτων χάριν αἵδε· l) σωφροσύνη, ἀκολασία, ἀναισθησία· πραότης, ὀργιλότης, ἀναλγησία· ἀνδρεία, θρασύτης, δειλία· δικαιοσύνη m) — — —. ἐλευθεριότης, ἀσωτία, ἀνελευθερία· μεγαλοψυχία, μικροψυχία, χαυνότης· μεγαλοπρέπεια, σαλακωνία, μικροπρέπεια n). Τούτων δὲ τῶν ἕξεων αἱ μὲν τῷ ὑπερβάλλειν ἢ ἐλλείπειν περὶ πάθη, φαῦλαί εἰσιν· αἱ δὲ σπουδαῖαι, τῷ μεσότητες εἶναι o) δηλονότι. Σώφρονά τε γὰρ εἶναι, οὔτε τὸν καθάπαξ ἀνεπιθύμητον, οὔτε τὸν ἐπι-

---

k) Participium παραθέμενος nihil habet ad quod commode referri possit; nec εἶτα quomodo nexum cum praecedentibus faciat, apparet. De Aristotelis tamen discipulo sermonem esse, patet, cum statim subiungat, ἀκολούθως τῷ ὑφηγητῇ, *secutus magistrum* quare de Theophrasto adhuc haec intelligenda esse dubium esse vix potest. Sed ordinem sermonis turbatum esse, nemo non videt. Suspicari posses omnino verba ἄντη μεσότης usque ad ὁρίσειεν male in contextum intrusa esse, quibus ejectis constabit nexus, si legas οὐδὲ τὸν καιρὸν λαβών· εἶτα παραθέμενος &c. Saltem si ea retineas, pro parenthesi habenda sunt. Quidquid praeferas, quae sequuntur εἶτα &c. ad Theophrastum referenda esse, clarum erit. Is magistrum, Aristotelem nempe, secutus, dicitur ad μεσότητα hanc virtutum declarandam, συζυγίας quasdam posuisse, quae scilicet singulae tria continerent membra, mediam nempe virtutem, ab utraque autem parte vitium, vel ex abundantia vel ex defectu habitus, virtutem constituen-

deinde conatur, magistrum secutus, concludere. Exempla sane haec ab eo ponuntur: temperantia, intemperantia, torpor; mansvetudo, iracundia, stupor; fortitudo, audacia, timiditas; iustitia — — — liberalitas, prodigalitas, sordes; magnanimitas, pusillanimitas, ostentatio; magnificentia, profusio, illiberalitas, Horum enim habituum alios per inopiam vel abundantiam circa affectus pravos esse; probos contra eo quod sint mediocritates. Neque enim temperantem esse qui nihil cupit, neque qui omnia cupit;

---

stituentis, ortum. Recte autem haec ex Aristotele adumbrata dicuntur, qui ipse schema hoc plenius iam proposuit *Magn Mor.* II, cap. 3.

l) Tria in hoc schemate singula membra continere patet, quorum primum est virtus, secundum et tertium duo extrema, quibus virtutis natura in vitia sibi opposita mutatur.

m) Post δικαιοσύνη lacuna est; desunt enim duo extrema. Aristoteles nempe iustitiam in eo differre docet a reliquis virtutibus, ut etsi τὸ δίκαιον, *iustum*, medium sit inter duo extrema, nempe τὸ κέρδος *lucrum*, et τὴν ζημίαν, *damnum*, tamen iustitia ipsa non sit medietas ut reliquae virtutes, sed tantum quatenus medium observet, cum ab utraque parte ei opposita sit iniustitia. *Eth.* V, 9. Ἡ δὲ δικαιοσύνη μεσότης ἐστὶν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσον ἐστίν, ἡ δὲ ἀδικία τῶν ἄκρων. Quare nostro loco quoque *iustitia* male intrusa videtur, cum membra sibi opposita non habeat.

n) μικροπρέπεια bene supplet cod. A. Quae autem hic vocatur σκληρωνία, *mollities* ap. *Aristot.* l. c. ἀπανηρία sensu paululum diverso appellatur.

o) αἱ δὲ σπουδαῖαι τῷ μεσότητες εἶναι bene codd. V. E. pro αἱ δὲ σπ. τὸ μεσ. εἶναι.

ἐπιθυμητικὸν. Τὸν μὲν γὰρ λίθου δίκην μηδὲ τῶν κατὰ φύσιν ὀρέγεσθαι, τὸν δὲ τῷ ὑπερβάλλειν ταῖς ἐπιθυμίαις ἀκόλαστον εἶναι· τὸν δὲ μέσον τούτων ᾧ δεῖ, καὶ ὁπότε, καὶ ὁπόσον ἐπιθυμοῦντα, καὶ τῷ λόγῳ κατὰ τὸ προσῆκον ὁρίζοντα καθάπερ κανόνι, σώφρονα λέγεσθαί τε καὶ κατὰ φύσιν εἶναι. Πρᾷόν τε, οὔτε τὸν ἐπὶ παντὶ ὀργιζόμενον, κἂν μικρότατον p) ᾖ, ἀλλὰ τὸν τὴν μέσην ἔχοντα ἕξιν. Ἀνδρεῖον δὲ, οὔτε τὸν μηδὲν φοβούμενον, κἂν ᾖ θεὸς ὁ ἐπιὼν, οὔτε τὸν πάντα, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον τὴν σκιάν. Δίκαιόν τε, οὔτε τὸν q) τὸ πλεῖον ἑαυτῷ νέμοντα, οὔτε τὸν τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ τὸν τὸ ἴσον. Τὸ δ' ἴσον τὸ κατὰ τὸ ἀνάλογον, οὐ κατ' ἀριθμόν r). Ἐλευθέριόν τε, οὔτε τὸν προετικὸν ὅπως ἔτυχεν, οὔτε τὸν s) — — — ἀπροαίρετον. Μεγαλόψυχόν τε, οὔτε τὸν μεγάλων πάντων ἀξιοῦντα ἑαυτὸν, οὔτε τὸν μηθενὸς ὅμως, ἀλλὰ τὸν τὸ δέον ἀφ' ἑκάστου λαμβάνοντα, καὶ εἰς τὸ κατ' ἀξίαν. Μεγαλοπρεπῆ τε, οὔτε τὸν πάντοτε καὶ ἐνθα μὴ δεῖ, λαμπρὸν, οὔτε τὸν μηδαμοῦ, ἀλλὰ τὸν κατὰ καιρὸν ἁρμόττοντα εἰς ἕκαστον. Τοιοῦτο

---

p) μικρότατον recte codd. A. E. pro μὴ κρατατον ap. Cant.

q) τὸν bene ſupplent codd. V. A.

r) Habet Cant ἀριθμόν τε &c. Sed res ipſa docet poſt ἀριθμὸν excidiſſe Ἐλευθέριον, quod ſupplendum eſſe clarum eſt ex ſchemate τῶν συζυγιῶν ſupra exhibito.

s) Ite-

pit; cum alter lapidis instar ne naturalia quidem appetat, alter vero nimia cupiditate reddatur intemperans; sed qui medium inter utrumque tenendo et quae decet, et quomodo, et quatenus cupit, et ratione, velut regula omnia definit, temperantem hunc dici et esse secundum naturam. Mansuetum porro, nec qui omni, nec qui nulla de causa irascatur; sed qui medio praeditus sit habitu. Virilem porro nec eum qui nihil timeat, ne Deum quidem, nec qui omnia, ipsamque ut dicunt umbram. Iustum vero neque qui nimium neque qui parum sibi tribuat, sed qui aequum. Aequum vero secundum rationem, non secundum numerum. Liberalem porro neque qui omnia donet, — — — sine electione. Magnanimum porro, neque qui se ipse omnibus magnis, nec qui nullo se dignum putat, sed qui convenientia sibi admittit. Magnificum vero, nec qui ubique, nec qui nunquam sit splendidus, sed iusto

s) Iterum clarum est nonnulla hic excidisse, cum ἀπροαίρετον non respondeat alteri. In codd. quidem V. A. legitur οὔτε τον προαιρετικὸν ἀλλὰ τὸν ἀπροαίρετον, sed facile patet ex correctione insulsi librarii haec orta esse, cum ne sensum quidem praebeant. Supplendum forte et legendum: ἐλευθέριόν τε, οὔτε τὸν προετικὸν ὅπως ἔτυχεν, οὔτε τὸν μηδὲν ὀπανώντα. ἀλλὰ τὸν μηδὲν ἀπροαίρετον, *nihil inconsulto*. De natura τῆς ἐλευθεριότητος et vitiorum oppositorum abunde agit *Aristot. Ethic.* IV, 1. 2. Praeterea ad nostrum locum cf. *Magn. Mor.* I, 24.

οὗτο μὲν τὸ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν εἶδος παθητικὸν, καὶ κατὰ μεσότητα θεωρούμενον, ὃ δὴ καὶ τὴν ἀντακολουθίαν t) ἔχει, πλὴν οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἡ μὲν φρόνησις ταῖς ἠθικαῖς κατὰ τὸ ἴδιον, αὗται δ' ἐκείνῃ κατὰ συμβεβηκός. Ὁ, τε μὲν γὰρ δίκαιος ἐστι καὶ φρόνιμος, ὅτι γὰρ τοιόσδε, αὐτὸν ὁ λόγος εἰδοποιεῖ u), οὐ μὴν ὅ, τε φρόνιμος καὶ δίκαιος κατὰ τὸ ἴδιον, ἀλλ' ὅτι τῶν καλῶν καγαθῶν κοινῶς πρακτικὸς, φαύλου δ' οὐδενός.

Τῶν v) δὲ παθῶν καὶ ὁρμῶν τὰ μὲν εἶναι αἰσχία, τὰ δὲ φαῦλα, τὰ δὲ μέσα. Αἰσχία μὲν, φιλίαν, χάριν, νέμεσιν, αἰδῶ, θάρσος, ἔλεον· φαῦλα δὲ, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, ὕβριν· x) μέσα δὲ, λύπην, φόβον, ὀργὴν, ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν. Τούτων δὲ τὰ μὲν αἱρετέον καθάπαξ, τὰ δὲ ὁριστέον. Πᾶν δὲ πάθος περί τε ἡδονὴν συνίστασθαι y) καὶ λύπην, διὸ καὶ περὶ ταύτας τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ὑπάρχειν. Φιλαργυρίαν δὲ, καὶ φιληδονίαν, καὶ ἐρωτομα-

---

t) ἀντακολουθίαν, nempe mutuum comitatum virtutum, quae non ad τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς adeoque ad πάθη pertinent, sed ad τὸ λογικὸν, ut est prudentia; ita tamen ut haec semper cum virtutibus ethicis ipsa natura sua, κατὰ τὸ ἴδιον, coniuncta sit; non tamen vice versa, cum coniunctio virtutum ethicarum cum prudentia, quippe quae ab aliis nullo modo pendet, tantum fortuita sit, κατὰ τὸ συμβεβηκός. Ceterum ap. Cant. locus passim erat corruptus. Primum ταῖς ἠθικαῖς rescripsi pro ταῖς καθηκαῖς ex codd. V. A. ut et συμβεβηκὸς pro συμβεβηκόν.

Porro

iusto tempore. Tale itaque esse genus virtutum ethicarum, in affectibus; in mediocritate positum; quod quoque oppositum sibi habet, non tamen similiter, cum prudentia ethicas virtutes singulas, haec vero illam secundum eventum comitentur. Iustus enim quoque prudens est, cum hoc in specie iustitiae sit, non tamen prudens omnino quoque iustus, sed ea tantum quae proba et honesta sunt, non vero prava, faciens.

Affectuum porro et appetituum alios esse probos, alios pravos, alios medios. Probos quidem, amicitiam, gratiam, nemesin, pudorem, confidentiam, misericordiam; pravos contra, invidiam, invidentiam, superbiam; medios denique, tristitiam, metum, iram, voluptatem, cupiditatem. Ex his autem alios esse prorsus eligendos, alios definiendos. Omnem autem affectum circa voluptatem ac dolorem versari, ab his ideo quoque virtutes pendere. Auri autem, vini et amoris furorem, et similia, habitus esse

---

Porro ὅ, τε μὲν et οὐ μὴν ὅ, τε edidi pro ὅτι μεν et οὐ μὴν ὅτι, quod cum Cant quoque habent codd.

u) Edidit Cant ὁ γὰρ τοιὸς δὲ αὐτὸν λόγος εἰδοποιεῖ, quod et codd. Rescripsi ὅτι γὰρ τοιόςδε, *nam ut talis sit*, αὐτὸν ὁ λόγος εἰδοποιεῖ, *ratio eum reddit.*

v) Inscribitur haec paragraphus ap. Cant. περὶ παθῶν ψυχῆς *s. de affectibus*

x) ὕβριν codd. V. A. E. pro ὕμριν.

y) συνίςασθαι codd. V. A. E. pro συνίςαςαι ap. Cant.

μανίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἕξεις εἶναι ἀλλοίας παρὰ τὰς κακίας. Ἔρωτα δ' εἶναι τὸν μὲν φιλίας, τὸν δὲ συνουσίας, τὸν δὲ ἀμφοῖν· διὸ καὶ τὸν μὲν σπουδαῖον, τὸν δὲ φαῦλον, τὸν δὲ μέσον.

Τῆς φιλίας z) δ' εἶναι διαφορὰς τέσσαρας, ἑταιρικὴν, συγγενικὴν, ξενικὴν, ἐρωτικήν. Εἰ δὲ καὶ τὴν εὐεργετικὴν καὶ θαυμασικὴν συγκαταριθμητέον, λόγου δεῖ. Ἀρχὴν δὲ, τῆς μὲν ἑταιρικῆς, εἶναι τὴν συνήθειαν, τῆς δὲ συγγενικῆς, τὴν φύσιν, τῆς δὲ ξενικῆς, τὴν χρείαν, τῆς δὲ ἐρωτικῆς, τὸ πάθος, τῆς δὲ εὐεργετικῆς, τὴν χάριν, τῆς δὲ θαυμασικῆς, τὴν δύναμιν. Πασῶν δὲ συλλήβδην εἶναι τέλη a) τρία, τὸ καλὸν, τὸ συμφέρον, τὸ ἡδύ. Πάντα γὰρ τὸν ὁπωσοῦν πρὸς φιλίαν ἰόντα, διά τι τούτων ἢ διὰ πάντα τὴν φιλίαν αἱρεῖσθαι. Πρώτην μὲν οὖν, ὡς προέφην, εἶναι τὴν πρὸς ἑαυτὸν φιλίαν, δευτέραν δὲ, τὴν πρὸς τοὺς γειναμένους· ἐφεξῆς δὲ, τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους οἰκείους καὶ ὀθνείους· διὸ καὶ ἐν μὲν τῇ πρὸς ἑαυτὸν εὐλαβεῖσθαι δεῖ τὴν ὑπερβολὴν, ἐν δὲ τῇ πρὸς τοὺς ἄλλους, τὴν ἔλλειψιν. Τὸ μὲν γὰρ φιλαυτίας, τὸ δὲ φειδωλίας ἔχει διαβολήν.

Χάριν b) δὲ λέγεσθαι τριχῶς, τὴν μὲν ὑπουργίαν ὠφέλιμον αὐτοῦ ἐκείνου ἕνεκα, τὴν δ' ἄμειψιν ὠφελί-

---

z) Inscribitur ap. Cant. περὶ φιλίας, seu de amicitia, de qua copiose *Aristotel. Ethic.* l. VIII.

a) Pro τέλη codd. V. A. E. γένη. Utrumque bene! Etli

esse diversas a vitiis. Amorem autem esse alium amicitiae, alium consvetudinis, alium utriusque; quare alterum quoque esse probum, alterum pravum, tertium medium.

Amicitiae vero quatuor esse species, sodalium, cognatorum, hospitum, amantium; an autem beneficorum quoque et admirantium sit adiungenda, inquirendum est. Originem autem ducere primam a consvetudine, cognatorum a natura, hospitum ab usu, amantium ab affectu; beneficorum a gratia, admirantium a facultate. Omnium vero in universum tres esse fines, honestum, utile, iucundum. Omnes enim amicitiae studiosos, vel propter aliquod horum, vel propter omnia eam ambire. Primam itaque esse, ut supra dictum est, amicitiam erga se ipsum, alteram autem erga parentes; tunc versus reliquos familiares et propinquos; ideoque in amicitia erga se ipsum exsuperantiam, in reliquis defectum esse vitandum, cum illud pro philautia, hoc pro parsimonia habeatur.

Gratiam autem dici trifariam, vel beneficium utile, vel remunerationem beneficii utilis, vel memo-

---

Etsi enim τὸ χρήσιμον, τὸ ἡδὺ, τὸ καλὸν, proprie sint *fines* seu τέλη amicitiae, constituuntur tamen iis pro locorum diversitate tria *genera* amicitiae, de quibus copiose disputat *Stagirites* ll. cc.

b) In-

ὠΦελίμου c), τὴν δὲ μνήμην ὑπουργίας τοιαύτης. Διὰ τοῦδε χάριτάς τε μόνας τρεῖς ὁ Βίας d) κατηυΦήμησε. Λέγεσθαι δὲ e) χάριν καὶ τὴν ἐν ὄψει ἢ ἐν λόγοις, καθ' ἣν τὸν μὲν f) εὔχαριν ὀνομάζεσθαι, τὸν δ' ἐπίχαριν. Βίον δ' αἱρήσεσθαι τὸν σπουδαῖον, τὸν μετ' ἀρετῆς, εἶτ' ἐΦ' ἡγεμονίας ποτὲ γένοιτο, τῶν καιρῶν αὐτὸν προαγαγόντων, εἶτ' ἐπεὶ g) βασιλεῖ δέοι συμβιοῦν, εἴτε καὶ νομοθετεῖν, ἢ ἄλλως πολιτεύεσθαι. Τούτων δὲ μὴ τυγχάνοντα, πρὸς τὸ δημοτικὸν τραπήσεσθαι σχῆμα διαγωγῆς, ἢ τὸ θεωρητικὸν, ἢ μέσον παιδευτικόν. Προαιρήσεσθαι μὲν γὰρ καὶ πράττειν καὶ θεωρεῖν τὰ καλά. Κωλυόμενον δὲ περὶ ἄμΦω γίγνεσθαι διὰ καιροὺς, θατέρῳ χρήσεσθαι, προτιμῶντα μὲν τὸν θεωρητικὸν βίον, διὰ δὲ τὸ κοινωνικὸν ἐπὶ τὰς πολιτικὰς ὁρμῶντα

---

b) Inscribitur proxima paragraphus ap. Cant. *περὶ χάριτος, de gratia*, etsi de hac in primis tantum lineis agitur; sequentia enim disputationem *περὶ τῶν βίων* continent. Subiungitur vero locus de gratia illi de amicitia ob mutuam inter utramque coniunctionem. Apud *Aristotelem* praeter ea quae passim in Ethicis in capitibus de amicitia de ea disputat, conferenda sunt inprimis quae *Rhet.* II, 7. leguntur.

c) *ὠΦελίμου* recepi ex codd. V. A pro *ὠΦέλιμον*, etsi et hoc ferri potest, referendum enim erit tum ad *ἄμειψιν*. Iidem codd. autem quoque *ὑπουργίαν ὠΦελίμου* pro *ὑπουργίαν ὠΦέλιμον*. Retinui tamen hic vulgatum; vix enim dixeris quid praeferendum sit

d) Legitur ap. Cant. nullo sensu: *διὰ τοῦδε καὶ τὰς δὲ μόνας τρεῖς ὁ βίος κατεΦήμησε*. Idem codd. nisi quod V. A.

moriam beneficii; quare recte quoque Bias tres gratias praedicavit. Distingui porro gratiam, quae vel in aspectu vel in sermone sit, secundum quam vel venustus quis vel gratiosus dicitur. Vitam autem secuturum probum cum virtute coniunctam, sive magistratum tempore exigente gerat, sive cum regibus degat, sive legas ferat, aut aliam quam reipublicae partem administret. Sin haec non attingat, popularem vitae se dediturum, vel contemplando, vel, quod medium est, instituendo. Praelatum quidem esse et agere et contemplari honesta; tamen si utrumque temporum culpa assequi nequeat, altero usurum, praeferentem quidem vitam contemplantem, attamen propter communem usum rempublicam quoque haud negli-

---

V. A. κατευφήμησε exhibent. Rescripsi pro καὶ τάςδε leni immutatione χάριτάς τε. In βίος latere nomen scriptoris clarum est; in promptu est emendare vel ὁ Βίων, ut sit poeta bucolicus inter cuius carmina, quae magna ex parte cladi eripuit Stobaeus, facile unum Gratiarum laudi dedicatum esse potuit; vel ὁ Βίας, ut sit unus ex septem sapientibus, cuius sententias nobis seruavit Stob. In re incerta praetuli quod ad litterarum ductum propius accederet; nec tamen iis admodum adversabor qui verba haec omnino pro glossemate habeant, a margine in contextum male intruso. — κατηυφήμησε edidi pro κατευφήμησε.

e) δὲ edidi pro γὰρ ap. Cant. ex cod. A.

f) τὸν μὲν, ut respondeat alteri τὸν δὲ edidi pro μὲν τόν ap. Cant.

g) ἐπεὶ, *siquidem*, rescripsi pro ἐπί.

τα πράξεις. Διὸ καὶ γαμήσειν, καὶ παιδοποιήσεσθαι, καὶ πολιτεύσεσθαι, καὶ ἐρασθήσεσθαι τὸν σώφρονα ἔρωτα, καὶ μεθυσθήσεσθαι h) κατὰ συμπεριφοράς, κἂν εἰ μὴ προηγουμένως, καὶ καθόλου τὴν ἀρετὴν ἀσκοῦντα καὶ μένειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πάλιν, εἰ δέοι, ποτὲ δι' ἀνάγκας ἀπαλλαγήσεσθαι, ταφῆς προνοήσαντα i), κατὰ νόμον καὶ τὸ πάτριον ἔθος, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τοῖς κατοιχομένοις ἐπιτελεῖν ὅσιον. Βίων δὲ τριττὰς k) ἰδέας εἶναι, πρακτικὸν, θεωρητικὸν, σύνθετον ἐξ ἀμφοῖν. Τὸν μὲν γὰρ ἀπολαυστικὸν ἥττονα ἢ κατ' ἄνθρωπον εἶναι, προκρίνεσθαι δὲ τῶν ἄλλων τὸν θεωρητικόν. Πολιτεύεσθαί τε τὸν σπουδαῖον προηγουμένως, μὴ κατὰ περίστασιν· τὸν γὰρ πρακτικὸν βίον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ πολιτικῷ. Βίον δὲ κράτιστον μὲν, τὸν l) κατ' ἀρετὴν, ἐν τοῖς κατὰ φύσιν· δεύτερον δὲ, τὸν κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, τὸ πλεῖ-

---

h) μεθυσθήσεσθαι, *vino largius usurum si occasio ferat*, codd. V. A. pro μεμυθήσεσθαι ap. Cant. Locum ubi Stagirites hoc sapienti permiserit, non invenio; neque tamen in hoc reprehendendus, cum illud tantum eo indicare voluerit, sapienti non omnino comessationibus abstinendum esse. Attamen nisi codd. auctoritas praevaleret, praeferrem equidem μυθήσεσθαι, *confabulationibus quoque indulsurum sapientem* Caetera quae commemorat Stob. confirmat quoque *Diog.* V, I, 13. καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν, καὶ πολιτεύσεσθαι, γαμήσειν τε μὴν, καὶ βασιλεῖ συμβιῶναι.

i) προνοήσαντα bene codd. V. A. pro προνοήσαντας, qui et supplent κατὰ νόμον, quod deest ap. Cant.

k) τριτ-

negligentem. Ideoque et uxorem ducturum, et liberos procreaturum, et ad civitatem accessurum, et amori casto operam daturum, et vino per occasionem largius se perfusurum, etsi non consulto; atque omnino virtutem colendo tum vitam servaturum, tum iterum, cogente necessitate, relicturum, cum sepulcri secundum patrios ritus et iustorum quae mortuis debentur, curam gesserit. Vitarum autem tria esse genera, agentem, contemplantem, et de utraque compositam; siquidem ut voluptaria minor quam pro hominis dignitate censeatur, ita contemplantem reliquis praeferri. Ac rempublicam gesturum probum consulto, non secundum temporum casus; cum agens vita versetur in reipublicae negotiis. Optimam autem vitam esse secundum virtutem in iis quae naturae conveniunt; proximam secundum medium habitum,

---

k) τριττὰς, quod iam Cant. in marg. coniecerat, confirmant codd. V. A. E. pro περιττάς. Vitae genera non semper eodem modo constituunt peripatetici. *Diog.* l. c. ita ea enumerat: *βίων τε τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, πρακτικοῦ, ἡδονικοῦ, τὸν θεωρητικὸν προεκρίνει.* Quod *Diog.* ἡδονικὸν vocat, idem est quod apud nostrum ἀπολαυστικὸν vocatur; et ab eo utpote homine indignum prorsus reiicitur; pro quo mixtum ex practico et theoretico, nempe τὸ παιδευτικὸν ponit. De re ipsa cf. *Aristot. Ethic.* I, 3. ubi qui hic πρακτικὸς, vocatur πολιτικὸς, *civilis*, sensu latiori, ut ipse eum declarat statim Stob.

l) Male hic inseritur εὖ ap. Cant. quod delent V. A.

πλεῖστα καὶ κυριώτατα τῶν κατὰ φύσιν ἔχοντα· τούτους m) μὲν οὖν αἱρετοὺς, φευκτέον δὲ τὸν κατὰ κακίαν. Διαφέρειν δὲ τὸν εὐδαίμονα βίον τοῦ καλοῦ, καθόσον ὁ μὲν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν εἶναι βούλεται διαπαντὸς, ὁ δὲ καὶ ἐν τοῖς παρὰ φύσιν· καὶ πρὸς ὃν μὲν οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ, πρὸς ὃν δὲ αὐτάρκης. Μέσον δέ n) τινα βίον εἶναι, τὸν κατὰ τὴν μέσην ἕξιν· ἐν ᾧ καὶ τὰ καθήκοντα ἀποδίδοσθαι· τὰ μὲν γὰρ κατορθώματα ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν εἶναι βίῳ, τὰ δ' ἁμαρτήματα ἐν τῷ κατὰ κακίαν o), τὰ δὲ καθήκοντα ἐν τῷ μέσῳ καλουμένῳ βίῳ. Τεθεωρημένων δὲ τούτων, καὶ ταῦτα διαλάβωμεν· εἶναι μὲν γὰρ τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν κοινῶς ἕξιν προαιρετικὴν τῶν μέσων ἡδονῶν τε καὶ λυπῶν, σοχαστικὴν τοῦ καλοῦ ἢ p) καλὸν, τὴν δὲ κακίαν ὑπεναντίαν εἶναι αὐτῇ· q) κοινὴν δὲ r) δοξαστικῆς καὶ ἠθικῆς ἕξιν

---

m) Edidit Cant. τούτους μὲν αἱρετοὺς, φευκτέον δὲ τῶν κατὰ κίαν. Plenum et integrum exhibent locum codd. V. A. E. ſuppleto οὖν poſt μὲν, et legendo κακίαν.

n) Male hic τὶ inſeritur ap. Cant. quod recte omittit cod. A.

o) κατὰ κακίαν codd. V. A. Nam Cant. iterum κατὰ κίαν.

p) ἢ καλοῦ, *quatenus honeſtum*, edidi pro ἢ καλόν. Verterat iam ſic Canterus.

q) αὐτῇ codd. V. A. E. pro ταύτην ap. Cant.

r) δὲ cod. E. bene pro δή. Sed in ſequentibus haereo, eaque non corrupta modo, ſed mutilata puto. Sed ut certum de omni h. l. iudicium ferre poſſis, haec ante omnia

tum, quae plurima ac graviſſima ſecundum naturam contineat; atque has vitas eligendas, fugiendam vero cum vitio coniunctam. Differre autem vitam felicem ab honeſta, quod illa ſemper coniuncta ſit cum iis quae ſecundum naturam ſunt, haec vero ſaepe cum iis quae praeter naturam; atque ad illam virtus non ſufficiat, ad hanc ſufficiat. Mediam autem quandam vitam eſſe, quae ſit in mediocritate poſita, nec officiis deſtituatur. Recte enim facta in vita eſſe ſecundum virtutem, peccata vero in vita cum vitio coniuncta; officia vero in vita quam mediam vocant. Quibus ita declaratis, haec quoque ſunt addenda, ethicam virtutem omnino eſſe habitum mediocres voluptates et dolores expetentem, honeſtum qua honeſtum eſt, ſectantem; vitium autem huic repugnare. Communem porro volunt virtuti et quae in moribus

---

omnia tenenda ſunt. Ponit Ariſtoteles *Eth.* VI, c. 1-4. omnino duplex genus virtutum, quae in duplici animae parte, ratione vel praedita, vel ea deſtituta ſedem habeant; in hac virtutes morales (ἠθικαὶ), in illa rationales, (διανοητικαί). Pars autem animae rationalis iterum comprehendit τὸ ἐπιστημονικὸν, quod certe ſcimus, i. e. quod aliter eſſe nequit, et τὸ λογιστικὸν ſive τὸ δοξαστικὸν, de quo valet opinio, cum vel ſic vel aliter eſſe poſſit. Ad prius quinque pertinent ſpecies, nempe ars, (τέχνη) ſcientia (ἐπιστήμη), prudentia (Φρόνησις), ſapientia (σοφία), mens (νοῦς). His praemiſſis loco noſtro quodammodo lux accendi poterit. Convenire enim dicit virtutem ethicam et δοξαστικὴν in eo, ut habitum requirant et contem-

ἕξιν θεωρετικὴν, καὶ προαιρετικὴν, καὶ πρακτικὴν τῶν ἐν ταῖς πράξεσι καλῶν· τὴν δὲ κοινὴν καὶ τοῦ ἐπιστημονικοῦ κοινὴν ἀκρότητα λογικῆς κατασκευῆς εἶναι θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν· σοφίαν δὲ, ἐπιστήμην κατὰ πρώτων αἰτιῶν· s) φρόνησιν δὲ, ἕξιν βουλευτικὴν καὶ πρακτικὴν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἢ καλά· t) ἀνδρείαν δὲ u), ἕξιν ἐν θάρσει καὶ φόβοις τοῖς μέσοις ἀμέμπτον· σωφροσύνην δὲ, ἕξιν ἐν αἱρέσει καὶ φυγῇ ἀμέμπτους ποιοῦσαν, δι' αὐτὸ τὸ καλόν· v) πραότητα δὲ, ἕξιν μέσην ὀργιλότητος καὶ ἀναλγησίας·

---

templantem, et eligentem, et agentem eorum quae honesta sunt. Et haec quidem satis clara videntur; sed sequentia nemo facile expediet. Corruptelam iam latere certum est in proximis verba: τὴν δὲ κοινὴν ἐκ (codd. V. A. καὶ) τοῦ ἐπιστημονικοῦ, quae sensu carent. Praeterea quae mox sequuntur σοφίαν δὲ &c. non cohaerent cum praecedentibus; pergit enim subito scriptor in explicandis singulis virtutibus, quarum enumeratio et initio caret; et simul manca est. Nam ex quinque virtutibus διανοητικαῖς duo tantum explicantur, σοφία et φρόνησις, reliquae tres desiderantur. Has vero excipiunt virtutes ethicae, quarum ordinem ex Aristotele petitum esse, mox videbimus. Verba itaque τὴν δὲ κοινὴν — πρακτικὴν non corrupta modo, sed et mutilata esse, et reliquas tres species virtutis διανοητικῆς, nempe τέχνην, ἐπιστήμην et νοῦν supplendas esse, iure suspicaberis. Quare iudicent alii, num pro τὴν δὲ κοινὴν καὶ τοῦ ἐπιστημονικοῦ κοινὴν ἀκρότητα &c. forte legendum sit: τὴν δὲ τέχνην, καὶ ἐπιστήμην καὶ νοῦν κοινὴν ἀκρότητα &c. *artem et scientiam et mentem hoc commune habere, ut tum in theoria tum in praxi sine intellectus perfectione esse nequeant.* Quomodo enim κοινὴν pro τέχνην exhibere potuerit librarius, cum κοινὴν et

ribus et quae in opinionibus versatur, habitum et theoreticum, et eligentem et practicum eorum quae honesta sunt in actionibus; artem porro et scientiam et mentem omnino rationis perfectionem requirere, et theoreticam et practicam. Sapientiam autem, esse scientiam secundum primas causas; prudentiam vero, habitum examinantem et agentem bona et honesta, quatenus honesta; fortitudinem habitum inter audaciam et metum inculpatum; temperantiam, habitum in expetendo et fugiendo inculpate procedentem, ob ipsum honestum; mansvetudinem autem habitum medium inter iracundiam et stuporem; liberalitatem vero

---

et modo praecesserit, et statim iterum sequatur, satis apparet. Emendationem modo propositam expressi in versione. Verum in re incerta, nec ipsa emendatione satis clara, nihil in contextu immutare ausus sum; probabiliora vero si sint qui proponant, meas coniecturas reponi facile patiar.

s) κατὰ πρώτων αἰτιῶν, *secundum primas causas*, rescripsi ex V. pro τῶν πρ. αἰτ. cf. *Arist. Eth.* I, 35.

t) ἢ καλά, *quatenus honesta*, iterum edidi pro ἢ καλὰ ap. Cant.

u) Sequuntur iam virtutum *ethicarum* explicationes, quas omnes in *mediis* consistere supra iam vidimus. Clarae quidem eae erunt ex συζυγίαις supra propositis, cf. *p.* 302. *not. k*) et locis Stagiritae ibi laudatis; inprimis tamen conferenda sunt quae Aristoteles in *Magn. Mor.* I, 21 - 34. de singulis disputat; quem et in enumeratione et in ordine ab illo observato, presso pede sequitur Stobaeus.

v) δι' αὐτὸ τὸ καλὸν codd. V. A. E. recte pro διὰ τὸ καλόν.

σίας· x) ἐλευθεριότητα δὲ, μεσότητα ἀσωτίας καὶ ἀνελευθερίας· μεγαλοψυχίαν δὲ, μεσότητα χαυνότητος καὶ μικροψυχίας· μεγαλοπρέπειαν δὲ y), — — — μεσότητα φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας· σεμνότητα δὲ, μεσότητα αὐθαδείας καὶ ἀρεσκείας· αἰδῶ δὲ, μεσότητα ἀναισχυντίας καὶ καταπλήξεως· εὐτραπελίαν δὲ, μεσότητα βωμολοχίας καὶ ἀγροικίας· φιλίαν δὲ, μεσότητα καλοκαγαθίας z) καὶ ἔχθρας· ἀλήθειαν δὲ, μεσότητα εἰρωνείας καὶ ἀλαζονείας· δικαιοσύνην δὲ, μεσότητα ὑπεροχῆς καὶ ἐλλείψεως, καὶ πολλοῦ καὶ ὀλίγου. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων οὐσῶν ἀρετῶν, τῶν μὲν καθ' αὑτὰς, τῶν δὲ ἐν εἴδεσι τῶν εἰρημένων, οἷον ὑπὸ μὲν τὴν δικαιοσύνην εὐσεβείας, ὁσιότητος, χρηστότητος a), εὐκοινωνησίας, εὐσυναλλαξίας· ὑπὸ δὲ τὴν σωφροσύνην, εὐκοσμίας, εὐταξίας, αὐταρκείας, ἐπιδραμεῖν οὐκ ἄτοπον καὶ τοὺς τούτων ὅρους. Εὐσέβειαν μὲν οὖν εἶναι ἕξιν θεῶν καὶ δαιμόνων θεραπευτικὴν, μεταξὺ οὖσαν

---

x) Pro ἀναλγησίας *Aristot. Mag. Mor.* I, 22. habet ἀοργησίας, utrumque bene. Est enim ἡ ἀναλγησία, *indolentia (die Unempfindlichkeit)*, quae ne iraſcamur facit.

y) Poſt μεγαλοπρέπειαν aliquid excidiſſe clarum eſt, etſi nullum lacunae lignum nec ap Cant. nec in codd. apparet. Quomodo enim magnificentia medium dici poteſt φθονερίας et ἐπιχαιρεκακίας, invidentiae et laetitiae ex alienis malis? Facile tamen locus ſic ſuppletur ex *Ariſtotel.* l. c. cap. 27. μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα ἀλαζονείας καὶ μικροπρεπείας, *medium inter oſtentationem et indecoram par-*

ro medietatem inter prodigalitatem et sordes; magnanimitatem, medietatem inter pusillanimitatem et profusionem, magnificentiam vero — — — medietatem inter invidentiam et malevolentiam; gravitatem autem, medium inter superbiam et comitatem; pudorem medium inter impudentiam et consternationem; urbanitatem, medietatem inter scurrilitatem et rusticitatem; amicitiam, medietatem probitatis et inimicitiae; veritatem, medietatem ironiae et adulationis; iustitiam, medietatem abundantiae et inopiae, vel nimii et parum. Cum autem multae aliae sint virtutes, tum quae per se subsistunt, tum quae sub dictis comprehenduntur, ut sub iustitia, pietas, sanctitas, probitas, facilitas, placabilitas; sub temperantia vero, observatio decori, ordinis, autarcia, et alia, harum quoque definitiones non pigebit adderc. Pietatem itaque volunt esse habitum deos et daemones

---

parsimoniam. Νέμεσιν δὲ μεσότητα φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας, *iustam vero indignationem medium inter invidentiam et malevolentiam.* Est nempe νέμεσις ut pergit Aristoteles περὶ ἀγαθὰ ἃ τυγχάνει ὑπάρχοντα ἀναξίῳ ὄντι λύπη τις, *indignatio ob bona quae indigno evenerunt.*

z) Pro καλοκαγαθίας ap. *Arist.* l. c. legitur κολακίας, *medium inter assentationem et inimicitiam,* quod nostro quoque loco reponendum puto et in versione expressi. Nam cum καλοκαγαθία ipsa virtus sit, non inter extrema, quibus peccatur, poni potest.

a) χρηστότητος supplent codd. V. A.

οὖσαν ἀθεότητος καὶ δεισιδαιμονίας· ὁσιότητα δὲ, ἕξιν δικαίων τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ κατοιχομένους τηρητικὴν, μεταξὺ ἀνοσιότητος οὖσαν καὶ ἀνωνύμου τινός. Χρηστότητα δὲ, ἕξιν ἑκουσίως εὐποιητικὴν ἀνθρώπων, αὐτῶν οἰκείων χάριν, μεταξὺ πονηρίας οὖσαν καὶ ἀνωνύμου· εὐκοινωνησίαν δὲ, ἕξιν ἀμέμπτους ὅθεν b) κοινωνία παρεχομένην, μεταξὺ ἀκοινωνησίας οὖσαν καὶ ἀνωνύμου· εὐσυναλλαξίαν δὲ, ἕξιν ἐυλαβητικὴν τῆς ἐν τοῖς συμβαλλομένοις ἀδικίας, μεταξὺ ἀσυναλλαξίας c) οὖσαν καὶ ἀνωνύμου, (τὴν δὲ ἀνώνυμον d) κατὰ τὸ ἀκροδίκαιον εἶναί πως·) εὐκοσμίαν e) δὲ, ἕξιν περί τε κινήσεις καὶ σχέσεις τηρητικὴν τοῦ πρέποντος, μεταξὺ οὖσαν ἀκοσμίας καὶ ἀνωνύμου· εὐταξίαν δὲ, ἕξιν εοχαστικὴν τοῦ περὶ τάξιν καλοῦ, μεταξὺ ἀταξίας οὖσαν καὶ ἀνωνύμου· αὐταρκειαν δὲ, ἕξιν ἀρκουμένην τοῖς τυχοῦσι μετὰ ἐλευθεριότητος, μεταξὺ πτωχείας οὖσαν καὶ πολυτελείας· εὐψυχίαν δὲ, ἕξιν ἀήττητον ἐν δεινῶν ὑπομονᾶῖς,

---

b) Suspicabar ἐν κοινωνίᾳ. Sed ferri quoque potest ὅθεν κοινωνία, *ubi communicandum est cum aliis.* — ἀκοινωνησίας cod. A. recte pro ἀκοινωνησίαν.

c) ἀσυναλλαξίας recte codd. V. A. pro συναλλαξίας, quod graecum non est.

d) τὴν δὲ ἀνώνυμον, nempe ἕξιν, recte V. A. E. pro τὸν δὲ ἀνωνύμου. Si tamen adiicit eam esse κατὰ τὸ ἀκροδίκαιον, in iis haereo. Est enim ἡ εὐσυναλλαξία quod nos dicimus *die Verträglichkeit*; *facilitas*; cuius alterum extremum ἡ ἀσυναλλαξία erit adeo *difficilitas*, *die Unverträg-*

nes colentem, medium inter impietatem et superstitionem; sanctitatem, habitum iusta erga deos et mortuos observantem, medium inter profanum et aliud, nomine carens; probitatem vero, habitum sponte hominibus ipsorum causa bene facientem, medium inter improbitatem et anonymum; facilitatem autem habitum, gratos inter homines in societate praestantem, medium inter morositatem et anonymum; placabilitatem, habitum iniustitias in contractibus fugientem, inter implacabilitatem et anonymum, quod quodammodo summum ius vocari possit; decentiam, habitum in motibus et gestibus decorum observantem; medium inter indecentiam et anonymum tenens; modestiam, habitum honestum in ordine sectantem, medium inter immodestiam et anonymum; frugalitatem, habitum contentum praesentibus cum liberalitate, medium inter egestatem et sumptuositatem; alacritatem, habitum in gravibus perferendis invictum, medium inter desponsionem animi, et

---

träglichkeit; alterum vero nihil aliud esse potest quam *nimia facilitas*, quae quomodo dicatur esse κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀκροδίκαιον, *secundum summum ius*, non intelligo.

e) Manca hic est oratio ap. Cant. Legitur ibi: εὐκοσμίαν, ἕξιν σοχασικὴν rel. quae εὐταξίας est explicatio. Supplent autem locum codd. V. A. qui post εὐκοσμίαν δὲ addunt: ἕξιν περί τε κινήσεις καὶ σχέσεις τηρητικὴν τοῦ πρέποντος, μεταξὺ οὖσαν ἀκοσμίας καὶ ἀνωνύμου. Εὐταξίαν δὲ, ἕξιν σοχασικὴν &c.

μοναῖς, μεταξὺ ἀψυχίας καὶ ἀριμανιότητος· f) Φιλοπονίαν δὲ, ἕξιν ἀνένδοτον πόνοις, ἐξεργαστικὴν τοῦ καλοῦ, μεταξὺ μαλακίας τε καὶ ματαιοπονίας g). Τὴν δ' ἐκ πασῶν τῶν ἠθικῶν ἀρετὴν συνεσηκυῖαν λέγεσθαι μὲν καλοκαγαθίαν, τελείαν δὲ ἀρετὴν εἶναι, τά τε ἀγαθὰ καὶ καλὰ καὶ ὠφέλιμα ποιοῦσαν, τά τε καλὰ δι' αὐτὰ αἱρουμένην.

Διωρισμένων δ' ἱκανῶς τῶν περὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ σχεδὸν τῶν πλείστων ἀνειλημμένων κεφαλαίων τοῦ ἠθικοῦ τόπου, ἀναγκαῖον ἐφεξῆς καὶ περὶ τοῦ οἰκονομικοῦ τε καὶ πολιτικοῦ διελθεῖν h), ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν ζῶον ἄνθρωπος. Πολιτεία δὲ πρώτη, σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον i) ἐπὶ τέκνων γενέσει, καὶ βίου κοινωνία. Τοῦτο δὲ προσονομάζεται μὲν οἶκος, ἀρχὴ δὲ πόλεώς ἐστι, περὶ οὗ δὴ καὶ λεκτέον. Μικρὰ γάρ τις ἔοικεν εἶναι πόλις ὁ οἶκος, εἴγε κατ' εὐχὴν αὐξομένου τοῦ γάμου, καὶ τῶν παίδων ἐπιδιδόντων, καὶ συνδυαζομένων ἀλλήλοις, ἕτερος οἶκος ἀφίσταται, καὶ τρίτος οὕτω καὶ τέταρτος, ἐκ δὲ τούτων κώμη καὶ πόλις. Πλειόνων γὰρ γενομένων κωμῶν, πόλις ἀπετελέσθη k).

Διό-

---

f) Ἀριμανιότης vox lexicographis quidem neglecta, attamen rite derivata ex μανία, unde ἀριμανὴς, *furiosus*, et ἀριμανιότης, *furiosus animi habitus*; seu *insana vehementia*, quae nihil prorsus nos aequo animo ferre finit.

g) ματαιοπονίας, *vana laboriositas*, codd. V. A. pro μεταιοπονίας ap. Cant.

h) Ex-

et vehementiam; diligentiam, habitum sine fatigatione praeclara perficientem, medium inter mollitiem et vanam laboriositatem. Quae vero de omnibus composita sit virtus, probitatem dici, perfectam autem esse virtutem, bona, et honesta, et utilia perficientem, honesta autem per se eligentem.

Cum vero satis iam explicatae sint virtutes, et pleraque morum doctrinae capita pertractata, reliquum est de *re familiari* et *publica* dicere, quando quidem natura homo animal sociabile sit. Prima autem societas viri est et feminae congressus legitimus ad liberos procreandos, et vitae communionem. Atque hoc, ut familia dicitur, ita civitatis est initium, de qua nobis dicendum est. Etenim parva quaedam civitas est familia, si quidem pro voto succedentibus nuptiis et liberis succrescentibus et inter se coniunctis, altera deducitur familia, et tertia iterum et quarta, ex his vero vicinia constituitur, et civitas, quoniam plures viciniae civitatem conficiunt.

Quo-

b) Expositis iam iis locis quae ad morum doctrinam pertinent, subiungit adhuc Stobaeus, ut supra iam monui, (cf. p. 244.) brevem adumbrationem oeconomices et politices ex Aristotelis doctrina. Ex scriptis Stagiritae, quae de utraque disciplina adhuc leguntur, Stobaeus primum Politicorum librum maxime ante oculos habuisse, facile quilibet videbit, qui comparationem instituet.

i) κατὰ νόμον recte A. pro κατανόμου ap. Stob

k) ἀπετελέσθη recte codd. V. A. E. pro ἀπετελέση ap. Cant.

Διόπερ καὶ τὰ σπέρματα καθάπερ τῆς γενέσεως l) τῇ πόλει παρέσχεν ὁ οἶκος, οὕτω καὶ τῆς πολιτείας. Καὶ γὰρ βασιλείας ὑπογραφὴν εἶναι περὶ τὸν οἶκον, καὶ ἀριστοκρατίας, καὶ δημοκρατίας. Γονέων μὲν γὰρ πρὸς τὰ τέκνα κοινωνίας τι σχῆμα βασιλικόν· ἀνδρῶν δὲ m) πρὸς γυναῖκας, ἀριστοκρατικόν· παίδων n) δὲ πρὸς ἀλλήλους, δημοκρατικόν. Συνέρχεται γὰρ τῷ θήλει o) τὸ ἄῤῥεν κατὰ πόθον τεκνώσεως, καὶ τῆς τοῦ γένους διαμονῆς. Ἐφίεσθαι γὰρ ἑκάτερον γεννήσεως. Συνελθόντων δὲ, καὶ συνεργὸν τῆς κοινωνίας προσλαμβανομένων, εἴτε φύσει δοῦλον, (ἰσχυρὸν μὲν τῷ σώματι πρὸς ὑπηρεσίαν, νωθῆ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀδύνατον διαζῆν, ᾧ τὸ ἄρχεσθαι συμφέρει,) εἴτε καὶ νόμῳ δοῦλον, ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνόδου, καὶ τῆς πάντων πρὸς ἓν συμφέρον προμηθείας, οἶκον συνίστασθαι. Τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ φύσιν ἔχειν τὸν ἄνδρα. Τὸ γὰρ βουλευτικὸν ἐν γυναικὶ μὲν χεῖρον, ἐν παισὶ δ' οὐδέπω, περὶ δούλους οὐδ' ὅλως· τὴν δ' οἰκονομικὴν φρόνησιν, διοικητικὴν οὖσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν κατ' οἶκον, οἰκείαν ἀνδρὸς ὑπάρχειν. Ταύτης δὲ, τὸ μὲν εἶναι πατρικὸν, τὸ δὲ γαμικὸν, τὸ δὲ δεσποτικὸν, τὸ δὲ χρηματιστικόν. Δεῖν γὰρ, ὥσπερ στρατιᾷ μὲν παρασκευῆς, πόλει δὲ προσόδων, τέχνῃ δ' ὀργάνων, οὕτω

---

l) γενέσεως bene codd. V. A. pro γνώσεως ap. Cant.

m) δὲ

Quocirca quemadmodum ortus femina praebuit civitati familia, ſic etiam reipublicae. Cerni enim in familia adumbrationem quaſi et regni et ariſtocratiae et democratiae. Nam parentum quidem cum liberis communio, regni formam gerit, maritorum cum uxoribus, ariſtocratiae, liberorum vero inter ſe, democratiae. Congreditur enim cum viro femina liberorum procreandorum, et generis ſuſtentandi cauſa, utroque gignere cupiente. Congreſſi vero, et aſſumto ad ſocietatem ſive natura ſervo, (ut corpore ad miniſterium valente, ita tarditate, dum per ſe vivere nequeat, dominum requirente,) ſive lege, inde omnium ad eadem obtinenda conventu, omniumque in communem uſum labore, familia conſtituitur. Huius autem principatum ſecundum naturam tenere virum; quando conſilium mulier quidem deterius habeat, pueri autem nondum, ſervi vero nunquam; quare omnem rei familiaris prudentiam in adminiſtrando domo viro tribuendam eſſe. Eam porro partim eſſe paternam, partim nuptialem, partim herilem, partim acquirentem. Nam quemadmodum exercitus apparatum, civitas vectigalia, ars inſtrumenta, ſic familiam neceſſaria

---

m) δὲ ſupplent codd. V. A. E.

n) Male exciderant hic ap. Cant. verba: παίδων δὲ πρὸς ἀλλήλους δημοκρατικὸν, quae ſervarunt codd. V. A. P.

o) τῷ θήλει codd. V. A. pro τὸ θῆλυ ap. Cant.

οὕτω καὶ οἴκῳ τῶν ἀναγκαίων. Διττὰ δὲ ταῦτα, πρός τε τὸ κοινότερον ζῆν, καὶ πρὸς τὸ εὖ. Τούτων γὰρ πρῶτον ἔχειν δεῖ πρόνοιαν τὸν οἰκονομικὸν, ἢ p) τὰς προσόδους αὔξοντα διὰ πορισμῶν ἐλευθερίων, ἢ τὰ δαπανήματα συστέλλοντα. Μέγιστον γὰρ q) τοῦτο τὸ κεφάλαιον τῆς οἰκονομικῆς. Διὸ καὶ πολλῶν ἔμπειρον εἶναι r) τὸν οἰκονομικὸν, γεωργίας, προβατείας s), μεταλλείας, ἵνα τοὺς λυσιτελεστάτους ἅμα καὶ δικαιοτάτους καρποὺς t) διαγινώσκῃ. Τῆς δὲ χρηματιστικῆς τὴν μὲν εἶναι κρείττω, τὴν δὲ χείρω. Κρείττω μὲν, τὴν φύσει γιγνομένην, χείρω δὲ, τὴν διὰ κάπηλικῆς· u) — — ἀπόχρη.

Περὶ δὲ πολιτικῆς v), ταῦτ' ἂν εἴη κεφάλαια· πρῶτον μὲν, ὅτι συνέζησαν αἱ πόλεις τῇ μὲν, διὰ τὸ φύσει κοινωνικὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῇ δὲ διὰ τὸ συμφέρον. Εἶτα ὅτι ἡ τελειοτάτη κοινωνία πόλις ἐστὶ, καὶ ὅτι πολίτης ἐστὶν, ᾧ μέτεστι x) πολιτι-

---

p) ἢ, quod sequens ἢ flagitat, servant codd. V. A. pro καὶ ap. Cant.

q) γὰρ codd. V. A. E. pro δή.

r) Post εἶναι vel supplendum vel saltem subintelligendum δεῖ.

s) προβατείας, *vel pecuariae*, codd. V. A. pro προβατίας ap. Cant.

t) καρποὺς, *fructus*, quod deest ap. Cant. bene supplent codd. V. A.

u) Legitur ap. Cant. διὰ καπηλικοῖς, (pro quo καπηλικῆς recte V. A.) sequens vero ἀποχρὴ ad proximam paragraphum trahitur: Ἀποχρὴ περὶ δὲ &c. sine sensu.

In

saria requirere. Duplicis autem ea generis esse, cum ad communem vitam, tum ad commodum. Horum itaque primam debet curam gerere bonus paterfamilias, vel reditus honestis modis augendo, vel sumtus minuendo. Quod cum praecipuum sit rei familiaris caput, multarum debet ille rerum habere peritiam, ut agriculturae, rei pecuariae et metallicae, ut reditus suos quam maximos, citra cuiusque iniuriam, faciat. Rei autem quaestuariae aliam esse praestantiorem, aliam deteriorem. Praestantiorem quae natura, deteriorem quae dolo fit. Atque haec quidem de re familiari dixisse sufficiat.

Doctrinae autem *de civitate* haec praecipua capita sunt. Primum quidem civitates tum ob naturalem hominum ad societatem propensionem, tum propter utilitatem constitutae sunt. Deinde perfectissima societas civitas est, ac civis quidem, qui magistra-

---

In codd. V. A. ἀποχρῆ iungitur praecedentibus, non minus male! Redundat enim omnino haec vox; et nisi plane delendum sit, nonnulla excidisse oportet post καπηλικῆς, sic procul dubio supplenda: περὶ μὲν οὖν οἰκονομικῆς ταῦτ' ἀποχρῆ, *de re oeconomica haec sufficiant.*

υ) Ab oeconomica transit ad politicam, cuius ideam universalem et loca gravissima paucis exponit.

χ) ᾧ μέτεσι rescripsi pro ὧν μέτεσι. De re ipsa vide accurate disputantem *Aristotel. Polit.* III, 1. qui tamen aliud adhuc criterium addit, nempe ut iudiciorum quoque partem habeant: πολίτης δ' ἁπλῶς οὐδενὶ τῶνἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς.

λιτικῆς ἀρχῆς. Πόλις δὲ τὸ ἐκ τῶν τοιούτων πλῆθος ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς. Τοῦ δὲ πλήθους ὅρον εἶναι y) τοιοῦτον, ὥστε τὴν πόλιν μήτ' z) ἀσυμπαθῆ, μήτ' εὐκαταφρόνητον ὑπάρχειν, παρασκευάσθαι δὲ καὶ τὰ πρὸς τὴν a) ζωὴν ἀνενδεῶς, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας, ἱκανῶς. Εἶναι γὰρ τῆς φρονήσεως τὸ μὲν οἰκονομικὸν, τὸ δὲ νομοθετικὸν, τὸ δὲ πολιτικὸν, τὸ δὲ στρατηγικόν. Οἰκονομικὸν μὲν, ὡς εἶπον τὸ διοικητικὸν αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ οἶκον· νομοθετικὸν δὲ b), — — — τὸ περὶ τὴν θεωρίαν καὶ διοίκησιν τῶν στρατοπέδῳ συμφερόντων. Ἄρχειν δ' ἀναγκαῖον τῶν πόλεων ἢ ἕνα, ἢ ὀλίγους, ἢ πάντας. Τούτων δὲ ἕκαστον ὀρθῶς ἢ φαύλως ἔχειν. Ὀρθῶς μὲν, ὅταν οἱ ἄρχοντες τοῦ κοινῇ συμφέροντος σχολάζωνται· φαύλως δὲ, ὅταν τοῦ ἰδίου. Τὸ δὲ φαῦλον παράβασιν εἶναι τοῦ ὀρθοῦ. Βασιλείαν μὲν οὖν, καὶ ἀριστοκρατίαν, καὶ δημοκρατίαν ἐφίεσθαι c) τοῦ ὀρθοῦ· τυραννίδα δὲ, καὶ ὀλιγαρχίαν καὶ ὀχλοκρατίαν τοῦ φαύλου. Γίγνεσθαι δὲ τινα καὶ

---

y) εἶναι supplent codd. V. A. E.

z) μήτε, quod deest ap. Cant. bene supplent codd. V. A. ἀσυμπαθὴς est, qui commiseratione non tangitur, adeoque aliena non curat. Vult igitur scriptor civitatem satis validam esse debere, ut aliis, sociis maxime, opem ferre possit. Vertit Cant. *nec secum dissentiens;* qui nescio num forte ἀσυμπαγῆ legerit?

a) τὴν addunt codd. V. A.

b) Etsi

gistratus particeps est; civitas autem talium virorum ad vitam sustentandam iustus numerus. Iustum vero numerum eatenus protendi, quatenus et alios adiuvet civitas, nec contemnenda reddatur, verum et vitam commode tolerare, et hostes propulsare possit. Est enim prudentia alia rei familiaris, alia legumlationis, alia reipublicae, alia militiae. Rei familiaris, ut dixi, administratio rerum suarum et familiae; legumlationis — — — — quae ad administrandam rem militarem pertinent. Praesunt autem civitatibus vel unus, vel plures, vel omnes; horum vero unumquodque vel recte vel secus sese habere. Recte quidem cum principes communem spectant utilitatem, secus autem cum propriam; pravum autem recti esse laesionem. Ac regnum quidem, optimatium imperium, ac popularem statum recte se habere, tyrannidem autem, paucorum imperium, et plebis dominationem, secus. Atque etiam mixtum quoddam de

---

b) Etsi nec ap. Cant. nec in codd. ullum appareat lacunae indicium, certum tamen est post διοικητικὸν nonnulla hic excidisse. Patet enim desiderari descriptionem τοῦ γομοθετικοῦ et τοῦ πολιτικοῦ, quae autem sequuntur esse descriptionem τοῦ στρατηγικοῦ, quod recte circa theoriam et administrationem rerum ad castra bellica pertinentium versari dicitur. — στρατοπέδῳ rescripsi pro στρατοπέδων ap. Cant.

c) ἐφίεσθαι recte cod. V. pro ἀφίεσθαι.

καὶ μικτὴν ἐκ τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν ἀρχήν. Μεταβάλλειν δὲ τὰς πολιτείας πολλάκις πρὸς τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον. Καθόλου δ' ἀρίστην εἶναι πολιτείαν τὴν κατ' ἀρετὴν διακεκοσμημένην, χειρίστην δὲ τὴν κατὰ κακίαν. Ἄρχειν δὲ, καὶ βουλεύειν καὶ δικάζειν, ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις ἐκ πάντων, ἢ αἱρέσει ἢ κλήρῳ· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἐκ τῶν εὐπόρων· ἐν δὲ ταῖς ἀριστοκρατίαις ἐκ τῶν ἀρίστων. Στάσεις δ' ἐν ταῖς πόλεσι γίγνεσθαι τὰς μὲν κατὰ λόγον, τὰς δὲ κατὰ πάθος. Κατὰ λόγον μὲν, ὅταν οἱ ἴσοι ὄντες ἄνισα d) ἔχειν ἀναγκάζωνται· e) κατὰ πάθος δὲ, διὰ τιμὴν, ἢ φιλαρχίαν, ἢ κέρδος f), ἢ εὐπορίαν. Καταλύεσθαι δὲ τὰς πολιτείας διὰ δύο αἰτίας, ἢ βίᾳ, ἢ ἀπάτῃ. Μονιμωτέρους δὲ γίγνεσθαι τοῦ κοινῇ συμφέροντος ἐπιμελουμένας g). Δικαστήρια δὲ, καὶ βουλευτήρια, καὶ ἐκκλησίας, καὶ ἀρχὰς, διωρίσθαι ταῖς πολιτείαις οἰκείως h). Κοινοτάτας δ' ἀρχὰς εἶναι ἱερωσύνην θεῶν, στρατηγίαν, ναυαρχίαν, ἀγρονομίαν, γυμνασιαρχίαν, γυναικο-

---

d) ἄνισα reſcribendum eſſe viderat iam Cant. pro ἴσα quod male cum eo exhibent codd.

e) ἀναγκάζωνται, quod ex ὅταν pendet, bene codd. V. A. E. pro ἀναγκάζονται ap. Cant.

f) Cauſas ſeditionum et converſionum rerum publicarum diſerte exponit *Ariſtot. Polit.* l. V. Delevi in noſtro ἢ φιλαρχίαν, quod male ibi poſt ἢ κέρδος repetitum legitur. Codd. tamen V. A. habent φυγαρχίαν, quae vox,

de bonis reipublicae formis constitui imperium. Mutari autem saepe respublicas in melius vel deterius. Omnino vero optimam esse civitatem, quae secundum virtutem administratur, pessimam quae secundum vitium. Magistratus autem qui gerunt et in senatu et iudiciis sunt, in populari statu de omnibus, sive electione sive sorte, in paucorum imperio de divitibus, in optimatium de optimatibus sumi. Seditiones porro in civitatibus vel secundum rationem, vel secundum affectum fieri; secundum illam quidem, cum aequales ad inaequalia rediguntur; secundum hunc vero propter honores, imperium, lucrum et opes. Solvi autem civitates duplici modo, vel vi vel dolo; diutius autem consistere, quae communem utilitatem spectent. Iudicia autem, curias, conciones et magistratus pro reipublicae genere constitui. Frequentissimos tamen esse sacerdotia Deorum, praeturam, monarchiam, porro qui ad inspectionem

---

vox, quamvis scriptoribus inaudita sit, exponi quidem posset de perverso studio subtrahendi se magistratibus; parum tamen haec conveniunt reliquis, nec inter morbos civitatum hunc apud antiquos referri solere memini. Quare apud alios iudicium esto num forte alia vox in eo lateat, v. c. *φιλαργυρίαν*, *nimium pecuniae et divitiarum studium?*

g) *ἐπιμελουμένας* codd. V. A. E. pro *ἐξιμελουμένας* ap. Cant.

h) *οἰκείως*, *proprio*, i. e, *alias alio modo*. Sic codd. V. A. E. pro *οἰκείας*.

ναικονομίαν, παιδονομίαν, ἀσυνομίαν, ταμιείαν, νομοφυλακίαν, πρακτορείαν. Τούτων δ' εἶναι τὰς μὲν κατὰ πόλεις, τὰς δὲ κατὰ πόλεμον i), τὰς δὲ περὶ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἐμπορίας. Πολιτικοῦ δ' ἀνδρὸς ἔργον εἶναι καὶ τὸ διορθῶσαι πολιτείαν, ὃ πολὺ χαλεπώτερον φαίνεται τοῦ κτίσαι· k) καὶ τὸ διανεῖμαι τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν πρὸς τ' ἀναγκαῖα, τὸ δὲ πρὸς τὰ σπουδαῖα. Δημιουργοὺς μὲν γὰρ, καὶ θέτας, καὶ γεωργοὺς, καὶ ἐμπόρους, πρὸς τὸ ἀναγκαῖον, ὑπηρέτας γὰρ εἶναι τοῖς πολιτικοῖς τούτους· τὸ δὲ μάχιμον πᾶν, καὶ βουλευτικὸν, κυριώτερον εἶναι, διὰ τὸ l) ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ περὶ τὰ καλὰ σπουδάζειν. Τούτων δὲ τὸ μὲν m) πρεσβύτερον προβουλεύειν, τὸ δὲ γεραρώτερον θεραπεύειν τὸ θεῖον, τὸ δὲ νέον ἅπαν προπολεμεῖν. Ταύτην δ' ἀρχαίαν εἶναι πάνυ n) τὴν διάταξιν, Αἰγυπτίων πρώτων καταξησαμένων, πολιτικῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον· καὶ τὸ, τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἱδρῦσθαι τόποις· καὶ τὸ, τῆς τῶν ἰδιωτῶν χώρας τὸ μὲν ἕτερον πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς διατετάχθαι, τὸ δ' ἕτερον πρὸς

---

i) Verba τὰς δὲ κατὰ πόλεμον, quae exciderant ap. Cant. ſupplent codd. V. A. E.

k) κτίσαι bene cod. V. pro κτῆσαι. *Multo difficilius eſſe emendare civitatem corruptam, quam condere novam.* Aureum vero dictum, ut ea quae ſequuntur, quae in noſtri temporis uſum ſcripta eſſe dicas!

l) Ma-

nem agrorum, gymnasiorum, mulierum, educationis puerorum, curam urbis, aerarii, legum, quaesus instituti sunt. Horum autem alios esse circa urbes, alios circa bellum, alios circa portus et mercaturam. Esse autem viri rempublicam capessentis, emendare quoque civitatem, quod multo difficilius videatur, quam eam condere; tum alteram multitudinis partem ad necessaria, alteram ad honesta dividere. Opifices enim, capite censi, agricolae, et mercatores ad necessaria referuntur, ministros enim esse hosce politicis; milites autem et senatores praestantiores hisce duci, cum et virtutem colant, et res praeclaras gerant. At de his senes quidem consulere, spectatissimos deos colere, iuvenes autem omnes militiam suscipere. Perantiquum autem esse hunc ordinem, ab Aegyptiis primum institutum; non minus quam reliqua quae ad civitatem spectant; tum ut deorum templa in editissimis constituerentur locis, utque privatorum agri partim ad fines regionis partim ad urbes locarentur, quo sic duabus unicuique tributis parti-

---

l) Male hic inseritur καὶ, quod delent codd. V. A.

m) τὸ μὲν — τὸ δὲ rescripsi sensu iubente pro τὸν μὲν — τὸν δὲ.

n) ἀρχαίαν εἶναι πάνυ bene codd. V. A. pro ἀρχαίων πάνυ ap. Cant. Si ad Aegyptiorum exemplum provocat, patet eum divisionem huius populi in tribus haereditarias ante oculos habuisse.

πρὸς τῇ πόλει, ἵνα δύο κλήρων ἑκάτῳ νεμηθέντων, ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς χώρας εὐσύνοπτα ὑπάρχῃ o). Χρήσιμον δὲ, καὶ τὸ νομοθετεῖν συσσίτια ποιεῖσθαι, καὶ τὸ περὶ τῆς κοινῆς παιδείας τῶν τέκνων σπουδάζειν· καὶ τὸ, πρὸς τὴν ῥώμην τῶν σωμάτων καὶ τελειότητα δεῖν μήτε νεωτέρων ἄγαν μήτε πρεσβυτέρων τοὺς γάμους ποιεῖσθαι, ἀτελῆ γὰρ γίγνεσθαι κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἡλικίας καὶ τελείως ἀσθενῆ τὰ ἔκγονα. Καὶ τὸ νομοθετεῖν δὲ, μηδὲν ἐκτρέφειν πεπηρωμένον, μηδ' ἐκτιθέναι τέλειον, μηδ' ἐξαμβλοῦν, συμφορώτατον δήπου. Καὶ τῶν μὲν πολιτικῶν τὰ κεφάλαια p) ταῦτα.

Cap. VIII.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΦ' ΗΜΙΝ *).

1. *Philemonis.*

Ὅσα διὰ τοὺς πράττοντας αὐτοὺς γίγνεται,
Οὐδενὶ πρόσεξιν οὐδὲ κοινωνεῖ Τύχη.

2. *Eu-*

---

o) Institutum hoc Aegyptiorum, ut ita diviserint agros privatorum, ut quisque partem apud urbem, partem in longinquo haberet, apud neminem alium commemoratum invenio. Legebatur male ἐν ἑκάτῳ, patet enim ἑν esse delendum.

p) κεφάλαια codd. V. A. pro ἀνεφάλαια.

Ad

partibus, utraque regionis pars inspectioni subiecta esset. Utiliter quoque praecipiunt leges, sodalitates institui, et communis liberorum educationis curam geri, corporumque roboris causa nec iuniores iusto nec seniores matrimonio iungi, quod circa utramque aetatem proles fieret imbecillis et imperfecta; tum nec mutilum quidquam tolli, nec perfectum exponi, neque abortus procurari, conducit. Et loci de civitate quidem haec praecipua capita!

Cap. VIII.

De iis quae in nostra sunt potestate.

1. *Philemonis.*

Quaecunque fieri per homines ipsos solent,
In his nihil Fortuna iuris possidet.

2. *Eu-*

Ad Cap. VIII.

*) Exposita iam disciplina morum pro scholarum maxime insignium varietate; suo iterum more in sequentibus capitibus testimonia scriptorum de singulis locis ad morum scientiam pertinentibus profert Stobaeus. Est in his primus ὁ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, *de eo quod est in nostra potestate*; ex quo in Stoicorum maxime Ethica reliqua fere omnia pependisse, ex supra dictis constat. Incipit vero iterum a dictis poëtarum, quibus loca reliquorum scriptorum subiungit.

ad fr. 1. Codd. V. A. E. in marg. Φιλήμονος, fabulae nomine non addito; quare inter incertorum quoque dra-

2. *Euripidis.*

Οὐκ ἔστι τὰ τῶν θεῶν ἄδικ᾽· ἐν ἀνθρώποισι δὲ
Κακοῖς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει.

3. *Menandri.*

Εἰ πάντες ἐβοηθοῦμεν ἀλλήλοις ἀεὶ,
Οὐδεὶς ἂν ὢν ἄνθρωπος ἐδεήθη Τύχης.

4. *Euripidis.*

Ὁ πρῶτος εἰπών, οὐκ ἀγυμνάστῳ φρενὶ
Ἔρριψεν, ὅστις τόνδ᾽ ἐκαίνισεν λόγον,
Ὡς τοῖσιν εὐφρονοῦσι συμμαχεῖ Τύχη.

5. *Menandri.*

Ἀδύνατον ὡς ἔστίν τι σῶμα τῆς τύχης·
Ὁ μὴ φέρων δὲ κατὰ φύσιν τὰ πράγματα
Τύχην προσηγόρευσε τὸν ἑαυτοῦ τρόπον.

6. *Phi-*

---

dramatum λείψανα relatum est ap. *Cleric.* p. 340. v. 2. Corrupte exstat ap. Cant. οὐδὲ κοινωνεῖν ψυχῇ. Attamen κοινωνεῖ bene servarunt codd. V. A. ψυχὴ autem et τύχη in sequentibus saepe librariorum negligentia permutatur. Veras lectiones iam restituerat Grot. Post πρόσεσιν male distinxit Cleric. pendent enim haec quoque ab ἡ τύχη.

ad fr. 2. Codd. V. A. E. in marg. Εὐριπίδου πελιάσιν. De Peliadum i. e. Peliae filiarum fabula notissima v. *Hygin.* fab. XXIV. et *Ovid. Meram.* l. VII. 298. Sensus loci duplex esse potest; vel sic: *deorum quidem decreta iusta esse, sed perversa hominum de iis iudicia turbas ciere*, iungendo: τὰ θεῶν, νοσοῦντα κακοῖς (i. e. κακούμενα) ἐν ἀνθρώποις: vel potius, quod praefero: *non in rebus divinis, sed in rebus humanis, utpote perversis et corruptis, in-*

2. *Euripidis.*

Iniusta non sunt numina, at mortalium
Mentes ineptae plurimas turbas cient.

3. *Menandri.*

Quod si iuvaret semper alter alterum,
Fortuna nulli deforet mortalium.

4. *Euripidis.*

Pectus subactum gessit experientia,
Qui primus istam protulit sententiam:
Sociam dat et Fortuna se prudentibus.

5. *Menandri.*

Substantia esse nulla Fortunae potest;
Quicumque rerum ferre non didicit vices,
Mores vocavit ipse Fortunam suos.

6. *Phi-*

---

iniustum cerni, ut ante ἀνθρώποις repetas τὰ, adeoque opposita sibi sint τὰ ἐν θεοῖς et τὰ ἐν ἀνθρώποις, *res divinae et res humanae.*

ad fr. 3. Codd. V. A. E. in marg. Μενάνδρου, titulo fabulae non addito. Legitur aurea haec sententia ap. *Cleric.* p. 202.

ad fr. 4. Codd. V. A. E. in marg. Εὐριπίδου Πειρίθῳ (l. Πειριθόῳ;) ex *Pirithoo Euripidis* desumtum. Legitur cum aliis huius fabulae ἀποσπάσμασιν in *ed. Lipsi* II, p. 468. v. 2. ἐκαίνισεν *qui novum protulit*, adeoque *invenit*, ut metrum constaret, edidi cum Grot. pro ἐκαίνισε ap. Cant.

ad fr. 5. Codd. V. A. E. in marg. Μενάνδρου, sine fabulae titulo. Apud *Cleric.* legitur p. 202. — v. 1. σῶμα

τῆς

6. *Philemonis.*

Καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
Ἐπὶ τῇ τύχῃ χρὴ, παιδίον, πάντως ἔχειν,
Ὧν βούλεταί τις· ἀλλὰ καὶ τῷ τῇ Τύχῃ
Συλλαμβάνεσθαι, ἐξὸν ἡ Τύχη ποιεῖ,
Ἐὰν μεθ' ἑτέρου τοῦτο, μὴ μόνη, ποιῇ.

7. *Menandri.*

Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα διαφορὰν ἔχει·
Τὸ γὰρ διὰ τύχην γίγνεται, τὸ δ' αἱρέσει.

8. *Eu-*

τῆς τύχης *Cleric.* iam l. c. recte explicavit de *persona* seu ὑποστάσει, et eo sensu poni σῶμα exemplis probavit. *Fortunam*, quam homines Deam fingunt, *non esse rem per se subsistentem, nec adeo numen, sed inesse potius homini, quod fortuna cuiusque a moribus suis pendeat.*

ad fr. 6. Codd. V. A. E. in marg. Φιλήμονος Παννυχίδι, ex qua fabula duo alia fragmenta cum nostro legis ap. *Cleric.* p. 316. v. 1. Καὐτὸν sic recte iam reseripsit Grot. pro καὶ τόν ap. Cant. Sensus enim est: *non omnia committenda esse fortunae, sed hominem ipsum agendo sibi consulere debere.* v. 2. Mutilatus legitur hic versus ap. Cant. ubi: Ἐπὶ τύχῃ παιδίον πάντως ἔχειν. Post ἐπὶ codd. V. A. E. bene supplent τῇ. Praeterea autem post τύχῃ excidisse χρὴ, primus recte iam vidit Grot. Ceterum male vertit Cant. *non ut puer spectare Fortunam potest*, non videns verba ex dialogo desumta, et παιδίον alloquentis esse. v. 3. τῷ recte codd. V. A. E. pro τὸ ap. Cant. *Hoc ipso Fortunam facilius rem conficere, si nos eam adiuvamus* v. 5. Cant. edidit καὶ ἐὰν μεθ' &c. Grot. correxit κἂν ἵνα μεθ' &c. acumen in eo quaerens, ut sit:

ne

6. *Philemonis.*

Aliquid et teipsum, nate, conari decet,
Non spes in una habere Fortuna sitas,
Ubi quid exoptas. Nam cum Fortuna simul
Si quid labores, facile id Fortuna efficit,
Cum in hoc non sola absque alio faciat quod facit.

7. *Menandri.*

Iniuria hoc differt ab infortunio,
Quod alterum mens, alterum casus parit.

8. *Eu-*

---

ne sola faciat. Sed in codd. V. A. plane omittitur καὶ, et legitur ἐὰν μεθ' &c. quo acumem quidem perit, sed bonus et perspicuus sensus restituitur; quare ab eorum auctoritate non mihi recedendum putavi. Ceterum Grotii emendationem recepit quoque Clericus.

ad fr. 7. Codd. V. A. E. in marg. Μενάνδρου, in V. adiicitur ῥαπιζομένου, quod quidem primo iterum delevit librarius, sed lineolis subiectis iterum probasse videtur. Si sincerum est legendum foret ῥαπιζομένης, quae Menandri fabula saepius laudatur, cf. *Cleric.* p. 160. Verum cum starim infra fragmentum Menandri ex hac fabula desumtum occurrat, non magna fides librario habenda, qui in errorem incidisse, ac titulum fabulae ad h. l. male traxisse videtur. Apud *Cleric.* p. 202. inter λείψανα ex incertis fabulis relatum est. v. 2. Ap. Cant. exstat τὸ μὲν γὰρ διὰ τύχην, in quibus *Grot.* et *Cleric.* ut metrum constaret recte deleverunt μέν. In codd. V. A. γὰρ male post τύχην reiicitur.

8. *Euripidis.*

Σὺ νῦν διάφερε τῶν κακῶν· ἔξεσι γάρ,
Καὶ μὴ μόνον λέγ', ἀλλὰ καὶ φρόνει τάδε.

9. *Menandri.*

Ὁ μὴ δεχόμενος τῶν θεῶν τὸ σύμφερον
Αὐτῷ διδόντων ἕνεκα τοῦ ζῆν, βούλεται
Τοῖοσδ' ἀτυχεῖν, ἐὰν δὲ μὴ θεὸς διδῷ
Τοῦ μὴ διδόντος γ', οὐ τρόπου δ', ἁμάρτημα.

10. *Aeschyli.*

Κοινὸν τύχη, γνώμη δὲ τῶν κεκτημένων.

11. *Euripidis.*

Τὰ πλεῖστα θνητοῖς τῶν κακῶν αὐθαίρετα.

12. *Eius-*

---

ad fr. 8. Codd. V. A. E. in marg. Εὐριπίδου Ὀρέσῃ. Sunt nempe verba Oreſtis ad Electram *Oreſt.* v. 251. — v. 2. Male legitur ap. Cant. καὶ μὴ μόνον φρόνει, pro quo Grot. acute λάλει. Sed codd. V. A. habent λέγει, quo confirmatur lectio in vulgatis Eurip. λέγ', quam adeo retinui.

ad fr. 9. Hunc Menandri locum ex ῥαπιζομένῃ deſumtum eſſe unanimi conſenſu confirmant codd. V A E qui in marg. Μενάνδρου ῥαπιζομένης, quo error, ad fr. 7. modo notatus, exortus eſſe videtur. v. 3. 4. a Cant. mutilati editi ſunt: Τὸ δ' ἀτυχεῖν, ἢ τὸ μὴ θεὸς δίδωσιν, Οὐ τρόπου δ' ἐστ' ἁμάρτημα, pro quo codd tantum exhibent ἁμαρτία. A Grot. locus ſic reſtitutus eſt: Τοιοῦτος ἀτυχεῖν. Ἢν δὲ μὴ θεὸς διδῷ. Τοῦ μὴ διδόντος ἐστ' ἁμάρτημ' οὐ τρόπου, quem, ut ſolet, ſecutus eſt *Cleric.* p. 160. Sententia: *ſua culpa eum tantum miſerum dici poſſe qui deorum donis*

8. *Euripidis.*

Tum tute differ a malis, quando licet:
Nec loquere tantum, sed etiam senti secus.

9. *Menandri.*

Quae vitae sunt utilia cum Dî porrigunt,
Accipere qui cunctatur, is sponte est miser.
At si recuset dare, quod expediat Deus,
Iam non ista hominis culpa, sed non dantis est.

10. *Aeschyli.*

Communis est Fortuna, Mens, proprium bonum.

11. *Euripidis.*

Pleraque homines sibi sponte conscisciunt mala.

12. *Eius-*

---

donis uti recusat, non eum cui a diis negantur, procul dubio recte assecutus est Grot. sed ad verba propius mihi accessisse videor, v. 3. pro: Τὸ δ' ἀτυχεῖν ἤ τι rescribendo: τοιόσδ' ἀτυχεῖν, ἐὰν δὲ &c. et v. 4. transpositione verborum evitata ita supplendo: Τοῦ μὴ διδόντος γ', οὐ τρόπου δ', ἁμάρτημα.

ad fr. 10. Codd. V. A. E. in marg. Αἰσχύλου, nomine fabulae non addito. Est sententia poetae: *Fortunam esse extra hominum potestatem, cum omnibus imperet; prudentiam autem quemque sibi acquirere posse.*

ad fr. 11. Nullum in marg. nomen adscriptum, quare a Grot. quoque inter ἀδέσποτα relatum. Puto tamen excidisse *Euripidis* nomen. Nam ad proximum locum, qui procul dubio est Euripidis, in marg. annotatur τοῦ αὐτοῦ, ut adeo Euripidis nomen praecedere debuerit.

12. *Eiusdem.*

Ἔρωτες εἰσὶν ἡμῖν παντοίοι βίου·
Ὁ μὲν γὰρ εὐγένειαν ἱμείρει λαβεῖν,
Τῷ δ' οὐχὶ τοῦτο φροντὶς, ἀλλὰ χρημάτων
Πολλῶν κεκλῆσθαι βούλεται πατὴρ δόμοις.
Ἄλλῳ δ' ἀρέσκει μηδὲν ὑγιὲς ἐκ φρενῶν
Λέγοντι πείθειν τοὺς πέλας τόλμη κακῇ.
Οἱ δ' αἰσχρὰ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν
Ζητοῦσιν· οὕτω βίος ἀνθρώπων πλάνη.
Ἐγὼ δὲ τούτων οὐδενὸς χρῄζω τυχεῖν,
Δόξαν δ' ἐβουλοίμην ἂν εὐκλείας ἔχειν.

13. *Homeri.*

Εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάας, νόσου τε μέδηαι
Καί κεν ἔτ' εἰς Ἰθάκην, κακά περ πάσχοντες ἱκοισθε·
Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον.

14. *Eius-*

---

ad fr. 12. Codd. V. A. E. hic quidem in marg. habent tantum τοῦ αὐτοῦ sine titulo fabulae; iterum tamen laudavit eundem h. l. Stobaeus in *Floril. Serm.* LXII (ed. Gesn.) ubi in marg. Εὐριπίδου Ῥαδαμάνθῳ, ex qua fabula plura fragmenta legere licet in *ed. Lipſ.* II. p. 470. v. 1. Ἔρωτες rectè codd. V. A. pro Ἔρωτος ap. Cant. v. 2. *ἱμείρει*, ut metrum conſtaret, iam ex floril. reſcripſit Grot. pro *ἱμείρεται* ap. Cant. v. 3. Τῷ codd. V. A. rectè pro Τό. v. 4. πατὴρ δόμοις, *in aedibus ſuis*, bene legitur in *Floril.* pro πατὴρ δ' ὅμως. — Πατὴρ, ut ſaepius, hic pro *domi-*

12. *Eiusdem.*

Varios amores vita noſtra continet;
Eſt qui vocari nobilis magnum putat;
Hoc ſpernit alius, et pater dici domus
Florentis emtum, quamlibet magno, velit.
Sunt queis libido eſt, prava cum dicant, tamen
Trahere audientes peſtilente audacia.
Multos honeſto cernimus praevertere
Lucrum; omnis adeo vita plena erroribus.
Me nulla tentat id genus cupidinum;
Sed nomen optem ferre rumoris boni.

13. *Homeri.*

Si noxam abſtineas, dabitur natalia rurſus
Arva, tuamque Ithacam, ſed poſt mala multa, tueri.
Sin minus, admoneo, fatum exitiale ſequetur.

14. *Eius-*

---

domino poſitum. v. 6. Λέγοντι, quod ex ἄλλῳ pendet, recte legitur in Florileg. pro λέγοντα ap. Cant. v. 8. ἀνθρώπων cum Muſgrav. recepi ex *floril.* pro ἀνθρώποις, quod Grot. retinuit. v. 9. ὀὲ, quod metrum poſtulat, ſupplevit iam Grot. v. 10. ὀ' ἐβουλοίμην, quod iam coniecerat *Muſgrav.* bene exhibent codd. V, A. pro ὀ' ἐβουλόμην, quod ex Cant. edidit Grot.

ad fr. 13. Sunt verba Tireſiae vatis ad Ulyſſem, boves ſoli ſacros maetare prohibentis *Od.* XI, 109–112. Ante εἰ μὲν ap. Hom. additur τούς.

14. *Eiusdem.*

Μήτηρ γάρ τέ με φησὶ, θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα,
Διχθαδίας κῆρας φέρεμεν θανάτοιο τέλοσδε.
Εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι
Ὤλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται.
Εἰ δέ κεν οἶκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ὤλετό μοι κλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν
Ἔσσεται, οὐδέ κ' ἐμ' ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη.

15. *Demosthenis.*

Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον, ἅπασι πέπρακται· τῇ τύχῃ δὲ, ἣν ὁ δαίμων ἔνειμεν ἑκάστῳ, ταύτῃ κέχρηται.

16. *Democriti.*

Ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο, πρόφασιν ἰδίης ἀβουλίης. Βαιὰ γὰρ φρονήσει τύχη μάχε-

---

ad fr. 14. Sunt verba Achillis ap. *Homer. Il.* IX, v. 410 - 416. — v. 4. ἄφθιτον recte codd. V. A. E. pro ἄφθοτον ap. Cant. v. 7. Pro κ' ἐμ' ὦκα in ed. Hom. κε μ' ὦκα.

ad fr. 15. Inscribitur in codd. V. A. E. Δημοσθένους ἐν τῷ ὑπὲρ στεφάνου. Sunt enim verba *Demosthenis pro Corona Op.* I. p 297. ed. Reisk. Loquitur orator de propugnatoribus Graeciae in pugnis ad Salamina et Plataeas, quos omnes pari dicit honore affectos esse a Graecis, sive ceciderint, sive superstites fuerint. Et recte quidem! cum omnes fortiter se gesserint, reliqua vero fortunae commiserint. Τῇ τύχῃ δὲ ἣν recte codd. V. A. pro ἡ τύχη δὲ ἦν.

14. *Eiusdem.*

Nam me diva refert genitrix pedibus Thetis albis
Ad mortis metas geminam deducere sortem.
Quod si Troianam remanens pugnavero ad urbem,
Interiit reditus; sed fama aeterna manebit.
Sin natale solum, Phthiotica regna revisam,
Spes famae periit; series ignobilis aevi
Longa datur, mortique meae properare negatum.

15. *Demosthenis.*

Etenim quae viros fortes decebant, a cunctis gesta sunt; quam autem cuique fortunam Deus tribuit, eam sortitus est.

16. *Democriti.*

Fortunae simulacrum homines, praetextum imprudentiae suae, finxerunt; quandoquidem parum resistit

---

ἦν. Pro ἑκάςῳ et κέχρηται in ed. Demosth. ἑκάσοις et κέχρηνται. Retinui tamen Stob. lectionem, quam fere praefero. κέχρηνται tamen habent quoque codd. V. A. E.

ad fr. 16. Codd. V. A. E. in marg. Δημοκρίτου. Ex quo Democriti scripto verba haec petita sint, incertum manet, forte ex eo περὶ ἐυθυμίας, quod inter cetera laudat *Diog.* IX, VII, 13. Ἀνθρωποι recte V. A. E. pro ἀνθρώπου ap. Cant. Βαιᾶ edidi pro βαιᾷ ap. Cant. Flagitat enim illud oppositum πλεῖςα, *raro fortunam vincere prudentiam, plurima vero hac dirigi.* Ultima leguntur sic ap. Cant. ἐυξύνετος ὀξυδερκεῖν κατευθύνει, pro quo codd. V. A. ἐυσύνετος ὀξυδερκεῖν κατιθύνει. Si lectio sana est iungendum erit ἐυσύνετος ὀξυδερκεῖν (seu ὀξυδερκέειν dia-

χεται, τὰ δὲ πλεῖστα ἐν βίῳ ψυχὴ εὐσύνετος ὀξυθερκέειν κατιθύνει.

17. *Anaximenis.*

Τὸ γὰρ δυσλόγιστον τοῦ βίου τοῖς ἀνθρώποις τύχην προσαγορεύειν εἰώθαμεν. Εἰ γὰρ ταῖς γνώμαις πάντα κατορθοῦμεν, ὄνομα τῆς τύχης οὐκ ἂν ἦν.

18. *Epandridis.*

Φρόνιμος ὁ δι' ἑαυτὸν εὖ πρήσσων, ὁ δὲ διὰ τὴν τύχην, μακάριος.

19. *Eiusdem.*

Φρόνησις εὐτυχίην ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται, τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιέει.

20. *Thucydidis.*

Πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων εὖ τίθεσθαι.

21. *Dio-*

---

lecto Ionica,) *mens, quae facile res perspicit*, quod si insolitum videatur, pronum foret pro ὀξυθερκέειν rescribere ὀξυδερκής τε, *et perspicuus*. Κατιθύνει recepi ex codd. V. A. E. pro κατευθύνει.

ad fr. 17. Codd. V. A. E. in Marg. Ἀναξιμένους. Ultima verba corrupta sunt ap. Cant ubi: εἰ γὰρ ταῖς γνώμαις πάντα κατωρθωμαι, ὀνόματα τύχης οὐκ ἂν εἴη. Pro κατωρθωμαι codd. V. A. E. κατορθοῦμεν, quod recepi, nisi forte malis: πάντ' ἂν κατορθοῖμεν, vel κατορθῶμεν. Pro ὀνόματα patet vel legendum esse ὄνομα τῆς vel ὄνομα τὸ, *ne quidem ipsum nomen foret fortunae*. ἦν pro εἴη codd. V. A. E.

ad

sistit prudentiae fortuna, ac pleraque prudens futuri animus in vita moderatur.

17. *Anaximenis.*

Quod in humana vita ratione caret, fortunam solemus vocare. Si enim consilio cuncta gererentur, fortunae nomen haud exstaret.

18. *Epandridis.*

Prudens vocatur qui per se felix est; qui autem per fortunam, beatus.

19. *Eiusdem.*

Prudentia fortunam plerumque conciliat, non autem fortuna prudentiam.

20. *Thucydidis.*

Nemini vitio datur, suis rebus in maximis periculis consulere.

21. *Dio-*

---

ad fr. 18. 19. Codd. V. A. E. in Marg. Ἐπανδρίδου. In ed. Cant. duo haec Epandridis loca inverso ordine leguntur, ut primus sit *Φρόνησις — ποιέει*, secundus *Φρόνιμος — μακάριος*. Sed codd. V. A. E. eo ordine quo nos, ea exhibent. Ceterum quis sit hic *Epandrides*, a solo Stobaeo, nec ab ullo alio laudatus, quidve scripserit, plane incertum est. Scripsit tamen dialecto Ionica, quare *ποιέει* restitui pro *ποιεῖ*. Ad fr. 19. codd. in marg. *τοῦ αὐτοῦ*. cf. *commentat. de font. Stob.*

ad fr. 20. Codd. V. A. E. in marg. *Θουκυδίδου, δημηγορίαι Ἀθηναίων*. Sunt nempe verba ex concione legatorum Athenienſium ad Lacedaemonios ap. *Thucyd.* I, 75.

21. *Diogenis.*

Διογένης ἔφη νομίζειν ὁρᾶν τὴν Τύχην ἐνορῶσαν αὐτὸν καὶ λέγουσαν·

Τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα.

22. *Epicteti.*

Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὐκ ἔστιν, ἐὰν μὴ αὐτὴ θελήσῃ. Χώλωσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. Καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σοῦ δὲ οὔ.

23. *Eiusdem.*

Μὴ ζήτει τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι ὡς θέλῃς, ἀλλὰ θέλε ὡς τὰ γιγνόμενα γίγνεται, καὶ εὐροήσεις.

24. *Cri-*

---

ad fr. 21. Codd. V. A. E. in marg. Διογένους. Ex quo scriptore autem Diogenis hoc dictum petitum fuerit, non indicatur. Ceterum Diogenem hunc Cynicum esse, qui nullam Fortunae potestatem in se committeret, per se patet. Lepidum vero philosophi dictum, Fortunam versu Homerico irridentis! Sunt enim verba Teucri, de Hectore loquentis, Il. VIII, 299. — τὴν τύχην ἐνορῶσαν αὐτὸν rescripsi pro τὴν ψύχην ἐνορωσαν αὐτῷ, quod cum Cant. habent codd.

ad fr. 22. Codd. V. A. E. in marg. Ἐκ τοῦ Ἐπικτήτου ἐγχειριδίου. Exstat locus in *Epict. cap* 9 ed *Schweighäuser*. In ed. Cant. corrupte simul et mutilate exstat: Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, σῶ δ' οὐ. In codd. V. A. E. post οὐκ ἔστιν supplentur quidem verba: ἐὰν μὴ αὐτὴ θελή-

21. *Diogenis.*

Diogenes credere se dixit videre Fortunam ipsum intuentem ac dicentem:

Ast hunc non potui tetigisse canem rabiosum.

22. *Epicteti.*

Morbus corporis est impedimentum, arbitrii non item, nisi ipsum velit. Claudicatio pedis est impedimentum, arbitrii non item. Hoc in singulis quae incidunt, considera; invenies enim alterius cuiuspiam esse impedimentum, non tui.

23. *Eiusdem.*

Ne postules ea quae fiunt fieri ut velis; sed velis ea fieri ut fiunt; et beatus eris.

24. *Cri-*

λήσῃ. Χώλωσις σκέλους ἐσιν ἐμπόδιον, desunt tamen proxima. Locum tamen integrum a Stob. descriptum esse, satis produnt ultima σῶν δ' οὐ. Supplevi itaque reliqua, a quibus librarii oculus solita negligentia ob Homoioteleuton aberraverat, ex editis. Ceterum θελήσῃ et χώλωσις retinui, pro θέλῃ et χώλανσις in ed. σοῦ δὲ οὐ autem ex iis recepi pro σῶν δὲ οὔ.

ad fr. 23. Codd. V. A. E. in marg. τοῦ αὐτοῦ. Legitur apud *Epictet. cap.* 8. τὸ quod ante τὸ inserit Cant. recte delent codd. V. A. E. Ultima paulo plenius in Epict. ἀλλα θέλε γίγνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις, ut adeo γίγνεσθαι post θέλε excidisse videatur. — εὐροήσεις, *felix eris, successum habebis*, (solita Stoicis metaphora,) edidi pro εὑρήσεις ap. Cant.

24. *Critonis.*

Ὁ γὰρ θεὸς οὕτω ἐτεχνάσατο a) τὸν ἄνθρωπον, δηλούμενος αὐτὸν μήτ' ἀδυνάτως ἔχειν ποτὶ τὰν b) τῶν καλῶν ὁρμάν, μήτε μὰν πάλιν ἀπροαιρέτως. Ἀρχὰν γὰρ αὐτῷ ἐνεφύτευσε τοιαύταν, ἅτις καὶ τὸ δυνατὸν ἅμα περιέχει, καὶ τὸ προαιρετον, ἵνα τᾶς μὲν δυνάμιος καὶ κατοχᾶς τῶν ἀγαθῶν αὐτὸς αἴτιος ᾖ, τᾶς δ' ἐπὶ ταῦτα c) παρορμάσιος, καὶ κατ' ὀρθὸν λόγον ὀπαδήσιος, ὁ θεός. Καὶ διὰ τοῦτο ἀνανθρώσκοντα d) αὐτὸν ἐποίησεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ αὐτὸν νοατικὸν e), καὶ ὄψιν αὐτῷ ἐνέφυσε τοιαύταν, τὸν προσαγορευόμενον νόον, ᾧ τὸν f) θεὸν ὄψηται. Οὔτε γὰρ ἄνευ θεῶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ κάλλιστον ἦν εὑρεῖν, οὔτ' ἄνευ νόω ἰδεῖν τὸν θεὸν, ἐπειδὴ πᾶν τὸ θνατὸν φύσιν ἔχει μετ' ἀφροσύνας συγγε-

---

ad fr. 24. Codd. A. E. Χαρίτωνος Πυθαγορίου ἐκ τοῦ περὶ Φρονήσεως, sed ap. Cant. in marg. *Critonis de prudentia*, quod confirmare quoque videtur V. ubi ριτωνος prima littera, quod rubra appingenda esset, ut saepius, omissa. Sub *Critonis* nomine citatur praeterea a *Stob.* in *Floril.* tit. III, ubi ex hoc ipso *de prudentia* libro praeclarum locum nobis servavit. Noster passim corruptus est ap. Cant. plures tamen bonas lectiones suppeditant codd. etsi nec in iis omnia sana servata sunt.

a) οὕτω ἐτεχνάσατο, pro οὕτως τεχνάσατο, et mox δηλούμενος pro δηλούμενον servarunt codd. V. A.

b) μήτ' ἀδυνάτως ἔχειν ποτὶ τὰν τ. κ. ὁρμὰν, *ut iis nec potestas deesset ad bona eligenda*, edidi pro μήτ' ἀδυνάτους

24. *Critonis.*

Etenim Deus sic hominem fabricatus est, ut ostenderet, eum nec potestate nec voluntate ab appetitione eorum quae honesta sunt, abhorrere. Tale namque insevit illi principium, quod et potestatem simul et voluntatem contineret, sic ut potestatis quidem et possessionis bonorum ipse causam praebeat, appetitus autem et secundum rectam rationem impetus Deus. Eamque ob causam in coelum eum erectum finxit, — — —, visumque talem indidit, mentem dictam, quo Deum conspiceret. Sine Deo enim nec licebat optimum consequi, nec absque mente

---

τους ἔχειν ποτ' ἂν τ. κ. ὁρμάν. Nempe ἀδυνάτως flagitat oppositum ἀπροαιρέτως, alterum ποτὶ τὰν (pro πρὸς τὰν) grammatica ratio.

c) ταῦτα, ut ad ἀγαθὰ referatur, edidi pro ταύτας, quod nil habet a quo pendeat. In proximis καὶ ante κατ' bene suppleut codd. V. A. Distinguuntur enim ἡ παρόρμησις, *primus impetus* et ἡ κατ' ὀρθὸν λόγον ὀπάδησις τῶν ἀγαθῶν, *recta persecutio bonorum.*

d) ἀναθρώσκοντα, *resilientem*, adeoque *erectum versus coelum*; in quo hominis naturam praedicat *Cicero de leg.* I, 9. cum nostro inprimis conferendus.

e) In verbis καὶ αὐτὸν νοατικὸν procul dubio corruptela latet; non enim modo languet αὐτὸν, sed νοατικὸν quoque vix ferendum videtur, cum hanc humanae naturae, ob mentem ipsi inditam, praestantiam, statim postea celebret. Sed in codd. nihil praesidii, nisi quod V. A. νοατὸν offerunt pro νοατικὸν, quo nihil proficimus. Quid tamen legendum sit, aliis indagandum relinquimus.

f) ᾧ τὸν bene codd. V. A. pro ὅταν ap. Cant.

συγγενέος ῥιζοῦσθαι· καὶ ταύταν g) οὐχ ὁ θεός ἐντι ὁ δωρούμενος, ἀλλ' ἁ h) τᾶς γενέσιος ὠσία καὶ τᾶς αὐτῶν ψυχᾶς ἁ προαίρεσις.

25. *Plutarchi.*

Ὁ δὲ Νέστωρ οὐκ ἀβέλτερος, ὕπνου φθονῶν τοῖς τὰς ναῦς φυλάσσουσι, καὶ διακελευόμενος· a)

Οὕτω νῦν φίλα τέκνα φυλάσσετε, μηδέ τιν' ὕπνος
Αἱρεῖτω, μὴ χάρμα γενώμεθα δυσμενέεσσι·

Οὐ γεννησώμεθα, φησί τις, οὐδ' ἂν καθεύδωμεν, εἰ πεπρωμένον ἐστὶ μὴ ἁλῶναι τὸν ναύσταθμον; b) Τίς οὖν οὐκ ἂν εἴποι πρὸς τοὺς ταῦτα λεροῦντας, ὅτι καθείμαρται μὲν ἴσως ἅπαντα ταῦτα, συγκαθείμαρται δὲ ἑκάστῳ τὸ διὰ τούτων καὶ τὸ ἐν τούτοις, καὶ οὕτω, καὶ τὸ μὴ ἄλλως συντελεῖσθαι δίχα τούτων; Οὐ γάρ ἐστι φυλακὴ καθευδόντων, οὐδὲ νίκη φευγόντων, οὐδὲ θερίσαι μὴ σπειράντων τὴν ἀγαθὴν γῆν καὶ καθαράν, οὐδὲ γεννῆσαι μὴ συγγενομένῳ γυναικὶ ἡλικίαν ἐχούσῃ c) καὶ σώματος φύσιν γόνιμον, οὐδὲ ἄγρας τυχεῖν ἐν ἀθήροις χωρίοις.

26. *Aeschi-*

---

g) ταύταν, quod ad ἀφροσύναν refertur, recte codd. V. A. pro τκῦτα ap. Cant.

h) ἀλλ' ἁ, nempe οὐσία, rescripsi pro ἀλλὰ in Cant. edit.

ad fr. 25. Codd. V. A. E. in marg. ἐκ τῶν Πλουτάρχου, εἰ ἡ τῶν μελλόντων πρόγνωσις ὠφέλιμος, *num futurorum scientia sit utilis?* quod scriptum nec ipsum am-

te Deum conspicere, quandoquidem omne mortale natura imprudentiae est obnoxium; non tam Dei dono, quam ortus proprietate, et animi impetu.

25. *Plutarchi.*

Neque imperitus est Nestor cum navium custodes dormire vetat, sic dicens:

Hoc agite, o nati cari, servate, nec ullum
Corripiat somnus, hosti ne gaudia simus.

At non erimus, inquiet aliquis, etiamsi dormiamus, si in fatis est non capi navale. Quis autem non respondeat talia delirantibus, in fatis quidem hoc esse, simul vero esse in fatis ut haec sub tali conditione, ac ita, nullo autem modo sine his eveniant? Non enim custodire possunt dormientes, nec vincere fugientes, nec metere, qui bonam puramque terram non conseverint, nec gignere, qui cum muliere adulta et fecunda non consvetudinem habuerint, nec venari, in locis ferarum expertibus.

26. *Aeschi-*

---

amplius supereſt, nec in Lampriae catalogo commemoratur, cf. *supra* Vol. I, p. 187.

a) Sunt verſus *Homeri* Il. X, 192. τιν' et αἱροῖτο codd. V. A. E. pro τινὰ et αἱρέτω ap. Cant.

b) τὸν ναύσαθμον, *navale*, coniecerat iam Cant. in marg. pro τὸ δύσαθμον, nec recipere illud dubitavi. τὸν confirmant quoque codd. V. A. E.

c) ἐχούσῃ recte codd. V. A. E. pro ἔχουσι. — Συγγενομένων, quod reſpondet praecedenti σπειράντων, edidi pro συγγενόμενον.

26. *Aeschinis.*

Ἀνθρώπῳ δέ τε οὐκ ἄπορον καλὸν κἀγαθὸν εἶναι.

27. *Epicteti.*

Μέμνησο ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχύ, βραχέος· ἂν μακρόν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, τοῦτον ἵνα καλῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλόν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην a). Σὸν γάρ ἐστι τὸ δοθὲν πρόσωπον ὑποκρίνασθαι καλῶς, ἐκλέξασθαι δὲ τὸ πρόσωπον, ἄλλου.

28. *Epicuri.*

Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα λογισμὸς διώκει κατὰ τὸν τοῦ βίου συνεχῆ χρόνον.

29. *So-*

---

ad fr. 26. Codd. V. A. E. in marg. Αἰσχίνους. Oratoris Aeschinis verba esse puto; ex deperdita tamen oratione, nam in iis quae supersunt, non amplius leguntur.

ad fr. 27. Codd. V. A. E. in marg. Ἐκ τοῦ Ἐπικτήτου ἐγχειριδίου, leguntur vero haec verba *in ed. Schweigh.* cap. 17. — Οἷον ἂν correxi ex ed. pro οἷον ἐάν. Mox σε ante θέλῃ supplevi ex editis.

a) In editis ἵνα καὶ τούτου. Ultima quoque paulo aliter ibi sic exstant: σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτό, ἄλλου.

ad fr. 28. Codd. V. A. E. in marg. Ἐπικούρου. Est haec ex *ratis sententiis* (κυρίαις δόξαις) philosophi; inter quas eam servavit *Diog.* X, 144. ubi paulo plenius sic legitur:

26. *Aeschinis.*

Homini non difficile est, probum fieri.

27. *Epicteti.*

Actorem esse fabulae talis, qualis probata fuerit magistro, te memento; si brevis, brevis; si longa, longae. Si mendicum agere te voluerit, fac eam quoque personam bene agas; ita si claudum, si principem, si privatum. Tuum enim est, personam datam bene effingere; eligere autem personam, alterius.

28. *Epicuri.*

Parum sapientem fortuna turbat; maxima et praecipua in omni vita omnique tempore moderatur ratio.

29. *So-*

---

gitur: Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διώκησε, καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον τοῦ βίου διοικεῖ· καὶ διοικήσει. Emendanda ex his ultima verba, quae ap. Cant. sic exstant: λογισμὸς διώκησε καὶ τὸν βίον ἢ συνεχῆ χρόνον, nullo sensu. Cod. V. διώκει κατὰ τὸν βίον καὶ συνεχῆ χρόνον. Attamen vel sic verba καὶ συνεχῆ χρόνον languent cum κατὰ τὸν βίον modo praecesserit. Rescripsi itaque: κατὰ τὸν τοῦ βίου συνεχῆ χρόνον, *per omne vitae tempus.* Latine eam expressit *Cic. de Fin.* I, 19, ita tamen ut ultima iterum paulo aliter legisse videatur: *Optime vero Epicurus, quod exiguam, dicit, fortunam intervenire sapienti; maximasque ab eo et gravissimas res consilio ipsius et ratione administrari; neque maiorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur, quod videamus esse finitum.*

29. *Socratis.*

Σωκράτης ἔφη μεγίστην μὲν ἀρχὴν εἶναι τὴν βασιλείαν, ἀρίστην δὲ τὸ ἑαυτοῦ ἄρχειν.

30. *Rufi.*

Τῶν ὄντων *a*) τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ θεὸς, τὰ δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν *b*). Ἐφ' ἡμῖν μὲν τὸ καλλιστον καὶ σπουδαιότατον, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν *c*). Τοῦτο γὰρ ὀρθῶς γιγνόμενον ἐλευθερία ἐστὶ, εὔροια *d*), εὐθυμία, εὐκάθεια, τοῦτο δὲ καὶ δίκη ἐστὶ, καὶ νόμος, καὶ σωφροσύνη, καὶ σύμπασα ἀρετή. Τὰ δ' ἄλλα πάντα οὐκ *e*) ἐφ' ἡμῖν ἐποιήσατο. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς συμψήφους χρὴ τῷ θεῷ γενέσθαι, καὶ ταύτῃ διελόντας τὰ πράγματα *f*), τῶν μὲν ἐφ' ἡμῖν πάντα τρόπον ἀντιποιεῖσθαι, τὰ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἐπιτρέψαι τῷ κόσμῳ, καὶ εἴτε τῶν παίδων δέοιτο, εἴτε τῆς πατρίδος,

---

ad fr. 29. Codd. V. A. E. in marg. Σωκράτους. Unde dictum hoc Socratis petierit scriptor, non annotatur.

ad fr. 30. Codd. V. A. E. Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας. *Rufus* hic Stoicus, quem in Sermonum libris saepius laudat Stobaeus, Epicteti discipulus fuisse videtur, qui, quae ex dictatis eius calamo exceperat, posteris reliquit. Diversus itaque a Musonio Rufo, Neronis aequali. cf. *commentationem de fontib. Stob.*

a) Male Cant. Τῶν ὄντα μεν ἐφ' ἡμῖν pro quo codd. V. A. recte Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν.

b) Supplevi alterum ἐφ' ἡμῖν, quod negligentia librarii excidisse videtur in codd.

c) Est

29. *Socratis.*

Socrates summum quidem imperium regis esse dixit, optimum vero sui ipsius.

30. *Rufi.*

Eorum quae sunt, alia in nostra potestate posuit Deus, alia non item. In nostra potestate pulcherrimum atque optimum, quo ipse beatus censetur, usum imaginationum. In quo, si recte institutus sit, continetur libertas, felicitas, animi tranquillitas et firmitas, nec minus iustitia et lex, et temperantia, omnisque virtus. Reliqua omnia non in nostra potestate. Quapropter et nos Deo consentire oportet, et hac rerum utentes divisione, quae in nostra potestate sunt, omnimodo vindicare, quae non sunt in nostra potestate, relinquere mundo, ac sive libe-

---

c) Est scilicet ἡ χρῆσις τῶν φαντασιῶν ex Stoicorum systemate *notionum nostrarum de rebus externis veroque eorum pretio, ratio*; unde omnis fere vitae philosophia pendet.

d) ἔυροια rescripsi pro ἔυροι ap. Cant. Frequens est apud Stoicos vocis ἔυροια et ἐυροεῖν usus ad felicem vitae cursum, adeoque ipsam animi tranquillitatem affectibus non turbatam, metaphora a flumine ducta, designandam. Exempla v. ap. *Schweighäuser in indice graecitatis ad Arrianum* sub hh. vv.

e) οὐκ bene codd. V. A. E. pro οὐ.

f) Manca haec erant ap. Cant. Exciderant ibi verba: τῶν μὲν ἐφ' ἡμῖν πάντα τρόπον ἀντιποιεῖσθαι, τὰ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἐπιτρέψαι (sic enim codd. V. A. pro ἐπιτρέψαι) τῷ κόσμῳ &c. quae supplent codd. V. A.

δος, εἴτε τοῦ σώματος, εἴτε ὁτιοῦν, ἀσμένους παραχωρεῖν.

31. *Hermetis.*

Ἔστι τοίνυν οὐσία, καὶ λόγος, καὶ νόημα, καὶ διάνοια. Φέρεται δ' ἐπὶ τὴν διάνοιαν καὶ δόξα καὶ a) αἴσθησις. Ἴεται δ' ὁ λόγος ἐπὶ τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ νόημα δι' αὐτοῦ ἴεται. Ἐπιπλέκεται δὲ τὸ νόημα τῇ διανοίᾳ, ἐλθόντα δὲ δι' ἀλλήλων μία ἰδέα ἐγένοντο b), αὕτη δέ ἐστιν ἡ τῆς ψυχῆς. Φέρεται δ' ἐπὶ τὴν αὐτῆς διάνοιαν δόξα καὶ αἴσθησις· ταῦτα δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ οὐ μένει, ἔνθεν καὶ ὑπερβάλλει καὶ ἐκλείπει, καὶ ἑαυτῷ διαφέρεται· c) χεῖρον μὲν γίγνεται, ὅταν ἀποσπασθῇ τῆς διανοίας, ὅταν δὲ ἀκολουθῇ καὶ πείθηται, κοινωνεῖ τῷ νοηματικῷ λόγῳ διὰ τῶν μαθημάτων d). Τὸ δὲ αἱρεῖσθαι ἔχομεν, τὸ γὰρ αἱρεῖσθαι τὸ κρεῖττον ἐφ' ἡμῖν ἐστι, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ χεῖρον ἀκουσίως· e) ἐχομένη γὰρ αἵρεσις τῶν κακῶν πλησιάζει τῇ σωματικῇ φύσει, διὰ τοῦτο ἐλομένῳ εἱμαρμένη δυναστεύει. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἐν ἡμῖν σωματικὴ οὐσία αὐτεξούσιός ἐστι ὁ περινοηματικὸς λό-

---

ad fr. 31. Codd. V. A. E. in marg. Ἑρμοῦ. Aurea haec Stoicae philosophiae praecepta, non quidem vulgo hominum, sed virilibus animis scripta, excipiunt fatui hominis commenta, quorum ne sensum quidem satis assequi licet. Emendavi ea quantum potui ex codd. Plura non desiderabunt lectores, quid enim de scriptore disputabis, qui quae scripsit ipse non intellexisse videtur?

a) καὶ

liberos, sive patriam, sive corpus, sive quid aliud postulet, libenter concedere.

31. *Hermetis.*

Sunt itaque natura, ratio, mens et intellectus; ad quem opinio quoque et sensus feruntur. Ratio porro fertur ad naturam; intellectus per se subsistit. Iunguntur vero inter se ratio et intellectus, atque ita unam formam quae animae est, efficiunt; ad cuius intellectum opinio et sensus feruntur. Haec tamen non in eodem manent, quare exuperantiam quoque et defectum sentiunt, ac a se invicem differunt, ac tum ab intellectu separati peiores evadunt, tum cum eo coniuncti meliores disciplinis. Electionem tamen habemus, cum et melius et peius eligere in nobis sit; malorum enim electio ad corpoream naturam accedit; quare fatum quoque imperat eligenti. Cum igitur corporea natura in nobis sit libera mens et ratio,

---

a) καὶ supplent codd. V. A.

b) ἐγένοντο codd. V. A. E. pro ἐγένοντα ap. Cant.

c) καὶ ἑαυτῷ διαφέρεται codd. V. A. E. pro καὶ ἑαυτὸ διαφέρεται ap. Cant. Num forte: καὶ ἑαυτοῦ διαφέρει· καὶ χεῖρον etc.? Excidisse enim videtur copula.

d) τῷ νοηματικῷ λόγῳ διὰ τῶν μαθημάτων codd. V. A. E. pro τῷ νοητικῷ λόγῳ δι' αὐτῶν μαθημάτων ap. Cant.

e) Siquidem ipse scriptor non ignoraverit quid vellet, pro ἀκουσίως legendum duco ἑκουσίως, *sponte*; id enim ipsum est quod docet, esse homini liberum arbitrium.

λόγος, αὕτη δ' ἀεὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει, διὰ τοῦτο εἱμαρμένη τούτου οὐχ ἅπτεται, παραθεῖσα δὲ τὸν πρῶτον ἀπὸ τοῦ πρώτου θεοῦ, διανοητικὸν λόγον προΐησι f), καὶ ὅλον τὸν λόγον ὃν συνέταξε Φύσις τοῖς γιγνομένοις· τούτοις ψυχὴ κοινωνήσασα κοινωνεῖται ταις τούτων εἱμαρμέναις, ἀμέτοχος οὖσα τῆς τῶν εἱμαρμένων Φύσεως.

32. *Plutarchi.*

Ὅθεν οὐ δεῖ a) παντάπασι ταπεινοῦν τὴν Φύσιν ὡς μηδὲν ἰσχυρὸν, μηδὲ μόνιμον b), μηδὲ ὑπὲρ τὴν τύχην c) ἔχουσαν, ἀλλὰ τουναντίον, εἰδότας ὅτι μικρόν ἐστι μέρος τοῦ ἀνθρώπου σαθρόν τε καὶ ἐπίκαιρον ὃ d) δέχεται τὴν τύχην, τῆς δὲ βελτίονος μερίδος αὐτοὶ e) κρατοῦμεν, ἐν ᾗ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἱδρυνθέντα, δόξαι τε χρηταὶ, μαθήματα, καὶ λόγοι f), οἱ τελευτῶντες εἰς ἀρετὴν ἀναφαίρετον

---

f) προΐησι codd. V. A. E. pro πρόησι ap. Cant. Sensum loci non me assequi profiteor, nec alium facile assecuturum esse opinor.

ad fr. 32. Codd. V. A. E. in marg. Ἐκ τοῦ Πλουτάρχου περὶ Φιλίας. Desumtus nempe est egregius hic Plutarchi locus ex scripto eius deperdito, quod in catalogo suo laudat quoque Lamprias περὶ Φιλίας, ἢ ἄλλως· πῶς Φίλοις χρησέον; (sic enim ibi legendum pro ἐν ἄλλῳ πῶς &c.) Mendis quibus ap. Stob. scatet, nisi omnibus, plurimis tamen purgatur in codd.

a) δεῖ codd. V. A. E. pro δή. Ad Φύσιν subintelligendum est ἀνθρώπου, de hominis enim natura loquitur.

b) μό-

tio, haec vero semper in eodem maneat, fatum nullum in hanc habet potestatem. Sed primam a primo Deo constitutam rationem adhibet anima; atque eius communio cum fato quoque communicat; ita tamen ut natura eius non subiecta sit fati naturae.

32. *Plutarchi.*

Quocirca non oportet omnino deprimere naturam, quasi nihil firmum nec stabile contineat, nec supra fortunam sit, sed e contrario, cum sciamus parvam esse hominis partem infirmam et tempori et fortunae obnoxiam; meliorem autem ipsos tenere, in qua summa bona collocata sunt, opiniones nempe rectas, disciplinas, praecepta, quae cum virtute coniun-

---

b) μόνιμον, *firmum*, *temporum casibus et vi non obnoxium*, sic rescribere non dubitavi pro νόμιμον, quod alienum hic esse apparet.

c) ὑπὲρ τὴν τύχην, *fortunae non subiectum*, bene codd. V. A. E.

d) ὃ δέχεται τὴν τύχην, *quod fortunae expositum est*, rescripsi pro ᾧ δέχεται, quod graecum non est; τύχην iterum bene codd. V. A. E. pro ψυχὴν ap. Cant.

e) ἀυτοὶ recte codd. V. A. E. pro ἀυτό.

f) Legitur ap. Cant. καὶ λόγοι, τελευτῶντες εἰς ἀρετὴν, ἀναφαίρετον ἔχουσι τὴν οὐσίαν ἀδιάφορον &c. Post λόγος excidit οἱ, ob praecedentem terminationem omissum, quod supplevi ut sermonis nexum restituerem. Ante ἀδιάφορον codd. V. A. bene supplent καὶ, sed quid hic ἀδιάφορον? Nemo dubitabit rescribendum esse ἀδιάφθορον, *nunquam pereuntem*, quod restitui. Mox καὶ ϑαῤῥαλέους bene codd. V. A. E. pro καὶ καϑαῤῥαλέους.

τον ἔχουσι τὴν οὐσίαν καὶ ἀδιάφθορον, ἀνεκπλήκτους πρὸς τὸ μέλλον εἶναι καὶ θαρρῦλέους, πρὸς g) τὴν τύχην λέγοντες ὡς Σωκράτης, δοκῶν πρὸς τοὺς κατηγόρους λέγειν, πρὸς τοὺς δικαστὰς ἔλεγεν, ὡς ἀποκτείναι μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλιτος δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται. Καὶ γὰρ ἡ τύχη δύναται νόσῳ περιβαλεῖν h), ἀφελέσθαι χρήματα, διαβαλεῖν πρὸς δῆμον ἢ τύραννον. Κακὸν δὲ, καὶ δειλὸν, καὶ ταπεινόφρονα, καὶ ἀγεννῆ, καὶ φθονερὸν οὐ δύναται ποιῆσαι τὸν ἀγαθὸν, καὶ ἀνδρώδη, καὶ μεγαλόψυχον, οὐδὲ παρελέσθαι τὴν διάθεσιν τῶν καλῶν.

33. *Platonis.*

Τὰ ἀπὸ τύχης γιγνόμενα, οὐκ ἀνθρωπίνη ἡγεμονίᾳ γίγνεται, ὧν δ' ἄνθρωπος ἡγεμών ἐστιν, ἐπὶ τὸν ὀρθὸν δύο ταῦτα ἡγεῖται, δόξα ἀληθὴς καὶ ἐπιστήμη.

34. *Eiusdem.*

Αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα, καὶ πάνθα τἀγαθὰ ἀπεργά-

---

g) Editum est a Cant. καὶ πρὸς τὴν τύχην λέγοντας, Σωκράτη δοκῶν &c pro quo in codd. V. A. recte quidem ὡς Σωκράτης, δοκῶν &c. Praeterea vero, nisi omnia me fallunt, pro καὶ πρὸς τ. τ. λέγοντας, omisso καὶ, scripsit Plutarchus πρὸς τ. τ. λέγοντες, quo posito melius procedere sententiarum nexum, nemo non videt. In proximis ὡς ἀποκτεῖναι μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλιτος bene codd. V. A. pro ἀποτεῖναι μ. Ἄνυτος ἢ Μέλιτος ap. Cant.

h) νό-

iuncta, nunquam amitti nec eripi possunt, confidenter ac bono animo futura debere exspectare, deque Fortuna idem quod Socrates, de accusatoribus dicere visus, ad iudices dixit; Anytum et Melitum interficere quidem posse, nocere non posse. Nam fortuna quoque morbum potest inferre, eripere opes, calumniari apud populum vel tyrannum; malum vero ac ignavum, ac abiectum, ac sordidum, ac invidum virum bonum, et magnanimum et fortem, reddere non potest, nec honesti decus eripere.

33. *Platonis.*

Quae enim fortuna contingunt, imperio hominis nequaquam fiunt, quibus autem homo praeest, duo haec sunt; opinio recta et scientia.

34. *Eiusdem.*

Verae opiniones, quousque stabiles perseverant, pulchra quaedam opera sunt, omniaque bona perficiunt.

---

b) νόσῳ περιβαλεῖν, *morbum inferre*, recte cod. A. pro νόσῳ περιλαβεῖν ap. Cant. In V. legitur περιβάλλειν, praetuli tamen alterum ob sequentia, in quibus διαβαλεῖν restitui ex codd. V. A. E. pro διαβάλλειν.

ad fr. 33. Codd. V. A. E. in marg. Πλάτωνος. Sunt verba *Platonis* in *Menone*, *Op.* II, p. 99. Pro ὧν ap. Plat. exstat ᾧ, attamen ὧν in versione quoque expressit *Ficinus*, ut et ἡγεῖται, quod deest in ed. Plat. vertens: *quibus autem homo ad rectum dux est*, *opinio vera atque scientia.*

ad fr. 34. Codd. nihil quidem in marg. annotant; sunt tamen verba ex eodem dialogo, *Op.* II, p. 97. 98. αἱ δόξαι

γάζονται· πολὺν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ διαπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου· ὥστε οὐ πολλοῦ ἀξίαι εἰσὶν, ἕως ἂν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῷ. Ἐπειδὰν δὲ δεθῶσι, πρῶτον μὲν ἐπιστήμαι γίγνονται, ἔπειτα μόνιμοι. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιωτέρα ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης ἐστὶ, καὶ διαφέρει δεσμῷ.

35. *Eiusdem.*

Τί δὲ; οὐκ ἤσθησαι τὰς ἄνευ ἐπιστήμης δόξας ὡς ἅπασαι αἰσχραὶ, ὧν αἱ βέλτισται τυφλαί; Ἢ δοκοῦσί τι τῶν τυφλῶν διαφέρειν ὁδὸν ὀρθῶς πορευομένων, οἱ ἄνευ νοῦ ἀληθές τι δοξάζοντες;

36. *Eiusdem.*

Ὡς, ἂν μὴ ἔχῃ a) διορίσασθαι τῷ λόγῳ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀφελὼν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν καὶ

δόξαι codd. V. A. E. pro καὶ δόξαι ap. Cant. Pro ἀπεργάζονται in ed. Plat. ἐργάζονται. Verba ἐκ τῆς ψυχῆς — δήσῃ quae ap. Cant. exciderant, ſupplent codd. V. A. E. Δεθῶσι reſcripſi ex Plat. pro δοθῶσι. — Pro τιμιωτέρα ap. Plat. τιμιώτερον, ubi mox quoque poſt δεσμῷ adduntur adhuc verba ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης.

ad fr. 35. Codd. V. A. E. in marg. τοῦ αὐτοῦ. Sunt verba *Platon.* de Rep. VI, Op. II, p. 506. — Poſt τι ap. Plat. add. σοί.

ad fr. 36. Verba Platonis quae ſequuntur, male iunguntur praecedentibus, refragante et ſenſu, et editis Platonis, ubi loco modo citato non exſtant. Ubi autem in Platone lateant, reperire non potui, vix enim dici poteſt

ciunt. Attamen diu consistere nolunt, sed ex hominis animo confestim aufugiunt; quapropter non multi preti sunt, donec quis illas ratiocinatione, a causis ducta, liget. Posteaquam vero ligatae sunt, primum quidem scientiae fiunt; deinde perseverantes; proptereaque scientia recta opinione praestantior est, ab eaque vinculo quodam discrepat.

35. *Eiusdem.*

Quid vero? nonne sentis opiniones sine scientia omnes turpes esse? quarum quae optimae, caecae sunt? an eos, qui absque intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui, licet caeci sunt, recto tamen tramite gradiuntur?

36. *Eiusdem.*

Ut adeo, si quis boni ideam a reliquis omnibus mente non distinguat, et quasi pugnando omnia argu-

---

potest, quam difficile sit in nostris editionibus Platonis, bonis indicibus prorsus destitutis, loca ex eo citata investigare. Passim vero apud Stob. corrupta sunt, tum pravis lectionibus, tum perversa maxime distinctione. Nam cum prima pars loci adhaereat praecedenti, in medio loco inde a καὶ τοίνυν in ed. et in codd. nova paragraphus incipit, cum tamen verba καὶ τοίνυν, &c. arctissime iuncta sint praecedentibus. Ortus enim videtur error inde, ut novae paragraphi signum, ad ὡς ἂν μὴ &c. ponendum, ad verba καὶ τοίνυν reiiceretur. Codd. V. A. E. ibi in marg. τοῦ αὐτοῦ

a, ἔχῃ, tertia persona positum, refertur ad τὸν οὕτως ἔχοντα, quod infra sequitur.

καὶ ὥσπερ ἐν μάχῃ διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιὼν, μὴ κατὰ δόξαν, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν προθυμούμενος ἐλέγχειν ἐν πᾶσι τούτοις ἀπτῶτι b) τῷ λόγῳ διαπορεύηται, οὔτε αὐτὸ τ' ἀγαθὸν φησιν εἰδέναι, τὸν οὕτως ἔχοντα, οὔτ' ἄλλο ἀγαθὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐπεὶ αὐτοῦ εἰδώλου c) τινὸς ἐφάπτεται, δόξῃ οὐκ ἐπιστήμῃ ἐφάπτεσθαι, καὶ τοίνυν βίον ὀνειροπολοῦντα καὶ ὑπνώττοντα, πρὶν ἐνθάδε ἐξαγρεύεσθαι εἰς ᾅδου πρότερον ἀφικόμενον, τελέως ἐπικαταδαρθεῖν. Τὴν d) δὲ τῶν καλῶν καὶ δικαίων πέρι καὶ ἀγαθῶν καὶ τῶν τούτοις ἐναντίων ὄντων οὖσαν ἀληθῆ δόξαν μετὰ βεβαιώσεως ὁπόταν ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνηται, θείαν φύσιν e) ἐν δαιμονίῳ γίγνεσθαι γένει. Ἐπιλιπούσης f) γὰρ ἐπιστήμης ὁ ἁμαρτάνων ἁμαρτάνει, ἐν ᾧ ἐστι δημιουργός.

37. *Porphyrii.*

Ἐν ταῖς πρώην ἡμῖν γεγωνυίαις, Χρυσαόριε, πρὸς ἀλλήλους διαλέξεσι τὸν a) περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν βίων

---

b) ἀπτῶτι, *firmo, stabili*, bene codd. V. A. pro ἀπτῶσι ap. Cant.

c) εἰδώλου, quod grammatica ratio postulat, edidi pro εἴδωλον.

d) Omnia hic turbata erant ap. Cant. perversa distinctione et omissis copulis. Nam cum a verbis καὶ τοίνυν nova ibi periodus inciperet, verba contra τὴν τῶν καλῶν &c. ad praecedentia trahebantur. Clarum tamen est ab iis novam periodum incipere, ac supplendum esse δὲ, ut quoque in proximis ante ἀγαθῶν inserendum erat καὶ, quod male exciderat.

e) θείαν

argumenta pertractet, nec sola opinione contentus, sed re ipsa ac veris et indubitatis rationibus nixus ea excutiat, nisi quis ita faciat, talem dicit nec ipsum bonum per se, nec singula bona esse nosciturum, sed eum imaginem tantum eius perceptam habeat, opinionem, non tamen scientiam attingere, ac somniando quasi ac dormiendo vitam transigentem, priusquam hic expergiscat, ad inferos descendere, ac prorsus obdormiscere. Honesti vero et iusti, et boni, et quae iis opponuntur, veram ac certam cognitionem, cum in animas descendat, divinam tunc naturam daemonum generi inseri. Destitutum enim scientia qui peccet, peccare in quo sit demiurgus.

37. *Porphyrii.*

Cum prioribus disputationibus, Chrysaori, quaestionem de vitarum electione in animabus corpori non-

---

e) θείαν φύσιν bene codd. V. A. pro φησὶ ap. Cant. qui et post γίγνεσθαι bene supplent γένει.

f Ultima haec verba obscura sunt, ac vix explicari posse videntur, nisi sequentia ante oculos habeas.

ad fr. 37 Codd. V. A. E. in marg. Πορφυρίου περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν pro Πορφυρίου ἐκ τοῦ περὶ ἐφ' ἡμῖν. Sequuntur nempe nonnulla Porphyrii loca, ex scripto eius deperdito ad discipulum Chrysaorium, (cui plures libros inscripserat,) *de eo quod est in nostra potestate*, desumta; in quo quantum ex Stob. cognoscere licet, Platonis inprimis sententiam de animarum libertate exposuisse videtur. cf. *commentat. de fontib. Stob.*

a) τὸν περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν βίων recte codd. V. A. pro τὸν περὶ τ. αἱρ. τὸν βίον ap. Cant. — Quae dicuntur

βίων ἀνακινήσαντες λόγον b), ταῖς ἔξω ψυχαῖς, ἀπονείμας ὁ Πλάτων, κινδυνεύει τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ ὅλως τὸ αὐτεξούσιον λεγόμενον ἀναιρεῖν, εἴγε ἐκ τῶν προβεβιωμένων κατὰ τὴν προτέραν περίοδον καὶ ὧν ἠγάπησαν ἢ ἐμίσασαν, ἢ bb) ἐφ' ὧν ἥσθησαν ἢ ἐλυπήθησαν, ἠθοπεποιημένοι ἐπὶ τὴν αἵρεσιν ἔρχονται. Ταῦτα μὲν οὖν ἐδόκει ἐᾶν c), ὡς εἰς ἀπολογίαν δυνάμενα παρασχεῖν τινὰς πιθανότητας. Ἃ δὲ d) μετὰ τὸ ἑλέσθαι, καὶ μέλλειν τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους ἀποφαίνειν διὰ τῆς αὐτῶν εἰς τὰ σώματα εἰσκρίσεως παθεῖν αὐτὰς ἔφη, χαλεπὰ ἡμῖν ἐφαίνετο, ποτὲ e) μὲν λέγων, ὅτι πρῶτος αἱρείσθω βίον ᾧ συνέσται ἐξ ἀνάγκης, ποτὲ δὲ, ὅτι ὃν εἰλήχαμεν δαίμονα ἀναπόδραστός τις ἡμῖν φρουρός. Τὴν γὰρ Λάχεσιν f), ἥτις τῆς Ἀνάγκης ἐστὶ θυγάτηρ,

---

αἱ ἔξω ψυχαὶ, sunt *animae corpori nondum iunctae*, ut ex sequentibus patebit.

b) Edidit Cant. λόγον ἐν ταῖς ἔξω ψυχαῖς, ἀπονείμας &c. nullo commodo sensu. Delevi ἐν, verbis ταῖς ἔξω ψυχαῖς ad sequentia tractis. Vult auctor: *Platonem, etsi animis corpore adhuc liberis tribuat libertatem, videri tamen iterum eam tollere.*

bb) ἢ bene supplent V. A.

c) ἐᾶν recte ex codd. V. A. E. lectione, qui habent ἐὰν, rescribitur pro ἐῶ ap. Cant. Post μὲν procul dubio excideratὁ οὖν, quod supplevi.

d) In iis quae sequuntur ante oculos habuit Porphyrius inprimis mythum a Platone *de Rep. l. X.* Op. T. II. p. 616 &c. de animarum fatis et ante migrationem in corpora, et post solutionem ab iis, enarratum.

e) Le-

nondum iunctis attingeremus, Plato iis eam tribuens hominibus omne liberum arbitrium prorsus adimere videbatur, quandoquidem ex anteactae vitae vel amore vel odio, vel gaudio vel dolore, mores adepti ad electionem prodeant. Sed haec quidem omittenda putabamus, tanquam quae defendi aliquo modo possunt; sed quae ille post electionem homines iam factos et in corpora ingressos pati volebat, gravia nobis videbantur, cum nunc quidem iuberet primum sortiri primam vitam, quam ex necessitate degeret; nunc autem diceret genium nobis tributum inevitabilem esse custodem. Lachesin enim, quae Necessitatis

---

e) Legitur ap. Cant. τότε μὲν λέγοντα ὁ πρῶτος αἱρείσθω βίος ᾧ συνέσαι ἐξ ἀνάγκης, τοτε δὲ &c. Pro τότε — τότε codd. V. A. πότε — πότε. Praeterea λέγοντα nihil habet a quo pendeat, ac legendum procul dubio λέγων vel λέγων ὅτι, nempe ὁ Πλάτων. Sed ne sic quidem locum integrum puto. Ante oculos habuit Porphyrius verba *Platonis* l. c. p. 617. ubi prophetam apud inferos sic alloquentem facit animas: ψυχαὶ ἐφήμεροι, οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. Πρῶτος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσαι ἐξ ἀνάγκης. Quare nostrum quoque locum plenius sic legendum esse existimo: ποτὲ μὲν λέγων ὅτι ὁ πρῶτος λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον ᾧ συνέσαι ἐξ ἀνάγκης, ποτὲ δὲ &c Verba ὅτι ὁ πρῶτος λαχων quare post λέγων facile excidere potuerint, in aprico est.

f) Leguntur haec ap. Plat. l. c. p. 320. Λάχεσιν δὲ ἑκάστῳ ὃν ἕλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. — Post τοῦ αἱρεθέντος ap. Cant. repetitur βίου, quod melius omittunt

της, τῷ λαχόντι καὶ ἑλομένῳ τινὰ βίον, συμπέμπειν φύλακά τε τοῦ βίου καὶ ἐκ παντὸς ἀποπληρωτὴν τοῦ αἱρεθέντος· ὁ δὲ παραλαβὼν αὐτὸν, καὶ πρὸς Κλωθὼ ὑπὸ τὴν ἐκείνης χεῖρα καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἀτράκτου ἀγαγὼν, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν Ἄτροπον, τὴν τὰ ἐπικλωθέντα ποιοῦσαν ἀμετάτροπα, ἐντεῦθεν ἤδη ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀνάγκης ἄγει θρόνον g), καὶ δι' ἐκείνου διεξελθεῖν ποιήσας ἅμα τοῖς ἄλλοις, ἀπάγει εἰς τὸ τῆς Λήθης h) πεδίον, παρὰ τὸν Ἀμέλητα ποταμὸν i), ἀφ' οὗ μέτρον μὲν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν, τοὺς δὲ πιόντας πάντων ἐκλανθάνεσθαι. Οὕτω δὲ τούτων ἐπικεκλωσμένων, καὶ κατηναγκασμένων, καὶ ἐπικεκυρωμένων ὑπὸ Μοιρῶν τε καὶ Λήθης καὶ Ἀνάγκης, ἑπομένου καὶ k) παραφυλάττοντος τὴν εἱμαρμένην τοῦ δαίμονος, τίνος ἂν εἴημεν κύριοι, ἢ πῶς ἔτι ἡ ἀρετὴ ἀδέσποτος, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει;

Ἐπεὶ τοίνυν τὰ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὰς χεῖρας λαβὼν μακρὰν ἡμᾶς ἀπεσφάλθαι τῆς τοῦ l) Φιλοσόφου γνώμης κατεῖδον, ἐθαύμασα μὲν τοὺς ἀποῤῥήσαν-

---

codd. V. A. E. Sequentia totidem fere verbis leguntur ap. Platonem.

g) θρόνον sic codd. V. A. E. pro τρόπον ap. Cant. Confirmat autem lectionem Plato l. c. ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον, καὶ δι' ἐκείνου διεξελθόντα &c.

h) Λή-

tatis sit filia, cuicumque vitam sortito hunc adiungere custodem, qui vitae genus expleat. Hunc autem eum recipere, et ad Clothonis manum, fuso flamina nentis ducere, inde vero ad Atropon, stabilia reddentem fila, inde denique ad Necessitatis thronum deferre; perque illum in Oblivionis campum ad Ameleten fluvium, de quo omnibus ad mensuram bibendum esse, qui autem biberint, omnium obliviscì. Quae cum ita decreta, constituta, et rata facta sint a Parcis, Oblivione et Necessitate, subsequente fati custode genio, quid nobis relictum sit, aut quomodo virtus adhuc libera, quam quo quisque magis coluerit, tanto citius adipiscatur?

Postea vero, Platonis libris in manum sumtis, postquam nos longe ab eius sententia aberrasse cognovi, dubia illorum miratus sum. Solas enim vitas

---

b) Λήθης recte codd. V. A. pro ληθος ap. Cant.

i) Ἀμέλητον ποταμὸν, Stygem nempe, addit enim Plato: aquam eius nullum vas continere, quod de Stygis aqua dici vidimus supra *Vol. I*, p. 1018. Sunt quidem quae de Lethe fluvio potius sermonem esse suadeant, verum fluvios apud inferos saepe inter se permutari notum est.

k) καὶ bene addunt codd. V. A. E. qui et mox εἴημεν recte exhibent pro εἴη μὲν. Mox pro αὐτῆς num δόξης, *gloriae?*

l) τῆς τοῦ recte codd. V. A. pro καὶ τοῦ. In proximis ἐθαύμασα μὲν edidi pro ἐθαυμάσαμεν.

ρήσαντας. Βίους γὰρ αὐτοὺς m) μόνον λέγειν ἡγησάμενοι, καὶ καθάπερ οἱ τὰ περὶ βίων πραγματευσάμενοι μέμνηνται γεωργικοῦ τινος βίου, καὶ πάλιν πολιτικοῦ, καὶ ἄλλου στρατιωτικοῦ, οὕτω καὶ τὸν Πλάτωνα, πολλῶν καὶ διαφόρων ἐν ἀνθρώποις θεωρουμένων βίων, καὶ τούτων τῆς αἱρέσεως ἐφ' ἡμῖν ἐν πολλοῖς οὔσης καὶ πάλιν τῆς ἐξ αὐτῶν μεταθέσεως, εἰκότως θαυμάζουσι πῶς ὁ τούτων ἑλόμενός τινα κατηναγκάσθαι ἐκ παντὸς τοῦτον ἀποπλῆσαι μόνον. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Στοᾶς n) βίον λέγεσθαι ὑπολαμβάνουσι καθ' ἕν τι σημαινόμενον λογικῆς ζωῆς, διέξοδον αὐτῷ o) ἀποδιδόντες ἐξ ἐνεργειῶν καὶ σχέσεων, καὶ ποιήσεων, καὶ παθημάτων συνεστῶσαν, ὁ δὲ Πλάτων καὶ τὰς τῶν ἀλόγων ζωὰς λέγει βίους. Βίος γὰρ κατ' αὐτὸν p) καὶ ἡ τοῦ κύκνου ζωὴ, καὶ πάλιν ἄλλος βίος ὁ λέοντος, καθὸ λέων, καὶ ἄλλος ὁ ἀηδόνος· βίος δὲ καὶ ἀνθρώπινος, καὶ τούτου ὁ μέν τις γυναικεῖος, ὁ δέ τις ἀνδρεῖος· λέγει γὰρ εἶναι παντοδαπὰ τῶν βίων τὰ παραδείγματα q). Ἓν μὲν οὖν r) τοιοῦτο παρ' αὐτῷ σημαινόμενον βίου, ἕτερον δὲ, ὃ παρίστησι συμβεβηκός τι τούτων καὶ δευτερόν τινα χαρακτῆρα ἐπὶ προηγουμένῳ

---

m) βίους αὐτοὺς, *vitas proprie sic dictas*, nempe rationes vitae

n) De Stoicorum περὶ βίων placitis v. *supra* p. 224. Vult nempe scriptor, Platonem voce βίου latiori sensu uti

vitas illum dicere credentes, et quemadmodum qui de vivendi generibus tractant agricolae vitam recenſent, et aliam politici, et militis, ſic quoque Platonem de variis vitis quae inter homines cernuntur agere, quarum et electio et mutatio in noſtra maxime ſit poteſtate; merito mirantur quomodo qui harum ſibi aliquam delegerit, eam prorſus cogatur explere? Stoici quidem una notione vitam accipiunt, animalis nempe ratione praediti curriculum, functionibus, habitibus, actionibus, et affectibus conſtans; Plato contra brutorum quoque naturis vitas tribuit. Vita enim ſecundum eum alia eſt cygni, alia leonis, quatenus leo, alia luſciniae, alia denique hominis; et haec iterum vel viri vel mulieris; omnigena enim dicit eſſe vitarum exempla. Haec itaque una eſt apud eum vitae ſignificatio; altera autem, iſtarum quoddam eventum denotat, ac ſecundum quandam, poſt prae-

---

uti quam Stoicos; qui cum vitae genus quod ſequuntur homines dum in terra verſantur ſub eo intelligant, Platonem contra τοὺς βίους latiori ſenſu de omnibus vita praeditis, ſive ea ratione ſint inſtructa ſive deſtituta, adeoque non de hominibus modo, ſed brutis quoque, uſurpare.

o) ἀυτῷ, *ipſi*, vitae ſcilicet, reſcripſi pro ἀυτόν.

p) κατ' ἀυτὸν, *ſecundum ipſum*, nempe Platonem, edidi pro κατὰ ταυτόν.

q) *Plat.* l. c. p. 618. Μετὰ δὲ τοῦτο ἔυθις τὰ τῶν βίων παραδείγματα εἰς τὸ πρόσθεν σφῶν ἕεῖναι· ἐπὶ τὴν γῆν, πολὺ πλείω τῶν παρόντων.

r) οὖν ſupplent codd. V. A.

μένῳ τῷ ῥηθέντι βίῳ. Προηγούμενος μὲν γὰρ βίος κυνὶ ὁ κατὰ κυνὸς ζωήν· ἐπιτυμβαίνει δὲ τῷ τοιούτῳ βίῳ ἢ s) τῶν θηρευτικῶν, ἢ τῶν ἰχνευτικῶν, ἢ τῶν περὶ τράπεζαν, ἢ τῶν οἰκοφυλάκων, καὶ δεύτερος ἂν εἴη οὗτος βίος. Ἀλλὰ τοῖς ἀλόγοις, ἀφῃρημένοις τοῦ αὐτεξουσίου, ἢ διὰ φύσεως ὁ χαρακτὴρ οὗτος ἐπισυνίσταται, ἢ διὰ καταταξέως τοῦ κτησαμένου· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ἐκ προγόνων γενέσθαι ἀγαθῶν, ἢ κάλλους τυχεῖν σωματικοῦ, διὰ φύσεως ἐπορίσθη ἢ τύχης, πλὴν t) ὅτι τούτων οὐδὲν ἦν ἐφ' ἡμῖν δῆλον. Τὰς δέ γε τῶν τεχνῶν ἀναλήψεις, καὶ τὰς τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιστημῶν τε, καὶ τὰς τῶν πολιτικῶν βίων, ἀρχῶν τε διώξεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἠρθῆσθαι συμβέβηκεν, εἰ καί τινα δυσπίτευκτα, τῷ καὶ τῆς ἔξωθεν προσδεῖσθαι συλλήψεως, δι' οὗ u) εἰς τὸ τυχεῖν δύσκολα, καὶ ἀποθέσθαι οὐ ῥάδια, ὥσπερ ἀρχὰς καὶ τυραννίδας καὶ δημαγωγίας. Πάντα μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα ἠρθῆσθαι συμβέβηκε τῆς προαιρέσεως, ἡ δὲ τεῦξις αὐτῶν οὐ πάντως ἐφ' ἡμῖν, ἀφ' οὗ δ' ἂν τινος τύχωμεν, τῇ τάξει αὐτοῦ ἕπεσθαι ἀνάγκη. Δέδοται μέν τοι ἐπὶ πάντων σχεδὸν τῶν ἐχόντων μεσότητα, καὶ μὴ ἤδη εἰς κακίαν ἀνηγμένων, τὸ χρῆσασθαι τοῖς βίοις, ὅν τις μέτεισιν v), ἢ κακῶς ἢ κα-

s) ἢ pro καὶ recte habent codd. V. A. E. Vel supplendum vel saltem subintelligendum est ἄλλος.

t) πλὴν

praecipuam vitam, notam. Praecipua enim vita canis v. c. est quatenus canis; huic autem adiungitur vel venatici, vel piscatorii, vel domestici nota, quae secundam vitam constituat. Ratione vero destitutis, quae libero arbitrio carent, vel a natura haec nota, vel a possessore imponitur; in homine autem parentum quidem nobilitate aut corporis pulchritudine vel natura largitur, vel fortuna; verum nihil horum in eorum est potestate; artium vero, scientiarum et disciplinarum electiones, vitarumque politicarum et magistratuum ambitus, et quae his similia, a nobis pendere; tametsi quaedam, quoniam externam quoque opem requirant, difficulter assequamur, nec facile deponamus, ut magistratus, tyrannidem, populi principatum. Omnia itaque haec de consilio quidem nostro pendent, ut autem ea assequamur non prorsus in nobis est; adeptis vero nos accommodare debemus. In omnibus tamen fere vitis quae medium habent, nec iam in vitium prolapsae sint, licere vel male vel bene iis uti, cum et ad tyrannidem

---

t) πλὴν recte codd. V. A. E. pro πολλὴν ap. Cant.

u) δι' οὗ codd. V. A. E. pro δὲ οὗ. In proximis δύσκολα, ut sequenti ῥάδια respondeat, rescripsi pro δύσκολον.

v) Habet Cant. nullo sensu οὗτοις μέτεισιν, pro quo codd. V. A. E. οὗ τις μέτεισιν, quod nec ipsum intelligo. Legendum duco ὅν τις μέτεισιν, *vitam quam quis persequitur.*

καλῶς. Καὶ γὰρ ἐπὶ τυραννίδας τινὲς προαχθέντες ἥπιοι καὶ πρᾷοι γέγόνασι, καὶ βασιλείαις πονηρῶς ἐχρήσαντο. Τούτων οὕτως ἐχόντων x), ἡ μὲν αἵρεσις τῶν βίων ταῖς ἔξω ψυχαῖς προηγουμένων τῶν πρώτων ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τὸν αἱρεθέντα ἥ, τε Ἀνάγκη τὸ ἀπαραίτητον ἐκύρωσεν, ὅ, τε δαίμων ἐπηκολούθησεν, ὡς ἂν δὴ τοῦ βίου προστάτης ὢν καὶ ἐπόπτης ἕκαστος ἑκάστου, συναναγκάσων ἐμμένειν τὰς ψυχὰς τῷ αἱρεθέντι, καὶ μὴ προβλέπειν, αἵ τε Μοῖραι τὸν τοιοῦτον ὃν ἐπήνεσαν ἑκάστῳ βίον, τά τε γιγνόμενα, διὰ παντὸς καρτερεῖν τοῦ χρόνου. Οὔτε γὰρ ἀνὴρ, κἂν σφόδρα δι' ἀσέλγειαν μαλακίζηται y), καὶ πάντ' αὐτῷ ἡ προαίρεσις μετασχηματίζῃ τὰ ἔξωθεν εἰς z) τὰ τῆς θηλείας συνήθη, γυνή ποτ' ἂν γένοιτο, οὔτε γυνὴ τὰ ἀνδρῶν ἐγχειροῦσα δρᾶν, ἀνήρ ποτ' ἂν γένοιτο. Ζῶσι μὲν οὖν τοῦτον τὸν βίον αἱ ψυχαὶ μετ' ἀνάγκης, διὰ λήθης αὐτὸν διεξάγουσαι, καὶ ὅτι ἐπ' αὐταῖς a) ἡ αἵρεσις αὐτοῦ ποτε γέγονε, παντε-

---

x) Proxima non sine mendis leguntur ap. Cant. Habet ille ἐχόντων ἡμῖν, pro quo rescribendum esse ἐχόντων ἥ μὲν ipse iam in marg. annotavit. Mox ἐκύρωσεν edidi pro ἐκύρωκεν, ut sequentibus respondeat. Sensus est: *animas corpori nondum iunctas, eligere vitam quam velint; sed cum semel elegerint, reliqua iam omnia, quae vitae cuicunque competunt, fato iam definita esse, nec amplius ab ipsis pendere, cum et Necessitas, et daemon cuicumque additus, et Parcae ea constituant.* Supersunt tamen in quibus haereas. Primum enim non satis patet quid sit: καὶ μὴ προβλέπειν, *neque prospicere.* Exspectaveram προλείπειν, nec

dem nonnulli provecti clementes fuerint, et in regno alii crudeles extiterint. Quae cum ita sint, vitarum quidem electio animis corpore adhuc liberis primo omnino tribuitur; electam autem et Necessitas ratam reddit, et genius cuiusque vitae tamquam custos sequitur, animamque, ut in vita quam sibi elegit persistat, cogit, nec quae sint, curet; et Parcae quae fata cuique nendo tribuunt, et quae electa sunt, per omne vitae tempus ferre. Neque enim vir, etiamsi valde lasciviat, et in formam muliebri proximam se componat, mulier unquam fiet; neque mulier, etiamsi pro viro se gerat, vir fieri potest. Atque hanc quidem vitam necessario vivunt animae, libertatis pristinae, in eligendo ipsis concessae, prorsus

---

nec genus vitae quod semel sequuntur prius relinquere. Sed gravius mendum latebat in sequentibus, ubi αἵ τε Μοῖραι τὸν τοιοῦτον ἐπαίνεσαν ἑκάστῳ βίον, in quo, quid sit ἐπαίνεσαν nemo facile dixerit. Rescripsi ἐπήνεσαν ex ἐπινέω, *neo*, quod proprie de Parcis dici, fatalia stamina ducentibus, exemplis iam abunde declararunt Lexicographi; post τὸν τοιοῦτον autem supplevi ὂν, quod ob praecedentem terminationem exciderat. Denique ut sensus simul et nexus sententiarum constaret in ultimis διὰ παντὸς μαρτυρεῖν τοῦ χρόνου, *quae facta sunt per omnem vitam tolerare* rescripsi pro διὰ παντὸς μαρτυρεῖ τοῦ χρόνου ap. Cant.

y) μαλακιζηται, quod ab ὅταν pendet, bene codd. V. A. E. pro μαλακιζεται.

z) Supplevi εἰς, res ipsa enim docet illud excidisse.

a) ἐπ' αὐταῖς, *in ipsis*, edidi pro ἐπὶ ταύταις.

τελῶς ἐπιλελησμέναι. Ἄρχεται b) δὲ ἐπ' ἀνθρώπου μάλιστα ἀνείμενον ἐλεύθερόν(τε) τὸ ἐθελούσιον πρὸς μὲν τὰ τῆς ψυχῆς, ὡς καθ' ἑαυτὴν, καὶ μὴ ἐν σώματι δεδεμένην καὶ πεπεδημένην, πρὸς δὲ τὰ τοῦ ζώου καὶ συναμφοτέρου πρὸς αὐτεξούσια ἔργα λελυμένου. Σὺν γὰρ τούτῳ διεξάγει τὸν ἀνθρώπινον βίον ἕκαστος ἡμῶν, σὺν τῷ ἔχειν πρὸς τὰ τοῦ συναμφοτέρου ἔργα αὐτεξούσια τὴν ὁρμὴν προσήκουσαν.

38. *Eiusdem.*

Διοικεῖται γὰρ τὸ ζῶον ἕκαστον κατὰ τὴν τῇδε προσήκουσαν αὐτῷ διάζησιν. Ἔχει δὲ ὁ βίος ὁ τοῦ ἀνθρώπου τὸ καταλληλον τῷ ἀνθρώπῳ αὐτεξούσιον ἐφ' ἑαυτῷ a). Διὸ κἂν ἄγηται ὑπὸ προθυμιῶν φυσικῶν πρός τινα τῶν ἐνθαῦτα ἐν αἱρέσει πιπτόντων βίων, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ ἔχει τὸ μὴ ἐμπεσεῖν, κἂν πάντως ἐμπέσῃ b). Ὡς γὰρ τῇ πιθανῇ φαντασίᾳ συγκα-

---

b) Haereo in h. l. apud Cant. corrupto, ubi codd. quoque parum praesidii continent. Edidit Cant Ἄρχεται δὲ ἐπ' ἀνθρώπου μάλιστα ἀνείμενον ἐλεύθερον τὸ ἐθελούσιον, in quibus pro ἄρχεται codd. V. A. ἔρχεται, pari fere sensu. Melius videtur retinere vulgatum; *incipere libertatem hominis quoad animam, quatenus corpore soluta sit, quoad animal vero, quatenus et ratione animae et corporis libere agere possit.* Si ἔρχεται receperis, foret *accedere* adeoque *tribui libertatem homini* &c.; et meliorem nexum verbis forte reddes si post ἐλεύθερον suppleas τε *solutam et liberam voluntatem.* Vel sic tamen locum obscurum manere, et parum omnino haec mihi arridere, non negaverim.

sus oblitae. Accedit autem ad hominem liberum arbitrium, ad animam quidem, quatenus per se est, nec corpore vincta; ad animal vero, tanquam utraque parte liberum. Siquidem ita nostrum unusquisque vitam degit, ut ad utriusque libertatem appetitu decenti feratur.

38. *Eiusdem.*

Regitur enim quodcunque animal secundum vitam ipsi congruentem. Habet autem vita humana convenientem homini libertatem. Quare quamvis vel maxime a cupiditatibus feratur ad aliquod vitae genus quae hic in electionem cadant, tamen ne in illud incidat, cavere potest, si vel maxime incidat.

Quam-

---

verim. In reliquis καὶ supplent codd. V. A. E. ante πεπεδημένον, sed statim merito iterum haerebis ap. Cant. in verbis: πρὸς δὲ τὰ τοῦ ζώου, καὶ συναμφότερα αὐτεξούσια ἐργα λελυμένον. Pro συναμφότερα codd. V. A. E. συναμφοτέρου; reliqua restitues si pergas πρὸς αὐτεξούσια ἔργα λελυμένου. *In animali, ex anima et corpore composito, inesse libertatem cum utrique libere agere datum sit.*

ad fr. 38. Codd. V. A. E. ἐν ταυτῷ, ex eodem Porphyrii libro esse desumtum. Διοικεῖται rescripsi pro διοικεῖται, quod Cant. iam in versione expressit, vertendo *regitur*. Suspicari quoque posses διάκειται, eodem fere sensu. Nostrum tamen ad litterarum ductum propius accedit. Post ζῷον codd. V. A. E. supplent ἕκαστον.

a) ἐΦ' ἑαυτῷ supplent codd. V. A. E.

b) ἐμπέσῃ codd. V. A. E. pro ἐμπέΦῃ ap. Cant. Iidem statim recte συγκατατιθέμεθα pro συγκατατιθέμενα ap. Cant.

συγκατατιθέμεθα διὰ τὸ πιθανὸν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ μὴ συγκατατίθεσθαι, ὅτι μὴ ἡ φαντασία σύρει ἡμᾶς καὶ νευροσπαστεῖ πρὸς αὐτήν.

39. *Eiusdem.*

Τὸ γὰρ ὅλον βούλημα τοιοῦτ' ἔοικεν εἶναι τὸ τοῦ Πλάτωνος· ἔχειν μέν τὸ αὐτεξούσιον τὰς ψυχὰς πρὶν εἰς σώματα καὶ βίους διαφόρους ἐμπεσεῖν, εἰς τὸ ἢ τοῦτον a) ἑλέσθαι τὸν βίον (ἢ ἄλλον), ὃν μετὰ ποιᾶς ζωῆς καὶ σώματος οἰκείου τῇ ζωῇ ἐκτελέσειν μέλλει· (καὶ γὰρ λέοντος βίον ἐπ' αὐτῇ εἶναι ἑλέσθαι καὶ ἀνδρός). Κακεῖνο μέντοι τὸ αὐτεξούσιον ἅμα τῇ πρός τινα τῶν τοιούτων βίων πτώσει ἐμπεπόδισθαι b). Κατελθοῦσαι γὰρ εἰς τὰ σώματα καὶ ἀντὶ c) ψυχῶν ἀπολύτων γεγονυῖαι ψυχαὶ ζώων, τὸ αὐτεξούσιον φέρουσιν οἰκεῖον τῇ τοῦ ζώου κατασκευῇ, καὶ ἐφ' ὧν μὲν εἶναι πολύνους καὶ πολυκίνητον, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου, ἐφ' ὧν δὲ ὀλιγοκίνητον καὶ μονότροπον, ὡς d) ἐπὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν πάντων ζώων. Ἠρθῆσθαι δὲ τὸ αὐτεξούσιον τοῦτο ἀπὸ e) τῆς κατασκευῆς, κινούμενον μὲν ἐξ αὐτοῦ, φερόμενον δὲ κατὰ τὰς ἐκ τῆς κατασκευῆς γιγνομένας προθυμίας.

40. *Eius-*

---

ad fr. 39. Codd. V. A. E. in marg. ἐν ταυτῷ. Idem τοιοῦτ' ἔοικεν pro τοῦτ' ἔοικεν.

a) ἢ τοῦτον recte codd. V. A. E. pro εἰ τοῦτον. Deest tamen membrum oppositum, et res ipsa flagitare videtur ut post *βίον* suppleas ἢ ἄλλον.

b) ἐμ-

Quamvis enim imaginationi verisimili assentiamur, tamen ab assensu abstinere possumus, nisi plane nos impellat et ad se rapiat imaginatio.

39. *Eiusdem.*

Omnino enim Platonis sententia haec videtur esse: habere quidem animas, priusquam in corpora vitaeque certa genera incidant, vel eius vel alterius vitae eligendae potestatem, quam in corpore, vitae conveniente, degant; (nam et leonis vitam et hominis ipsis licere eligere;) simul vero, cum vita aliqua adepta, libertatem illam tolli. Cum vero in corpora descenderint, et ex liberis animabus factae animalium animae, libertatem, animalis naturae convenientem, nanciscuntur; esse autem eam alibi valde multiplicem et mobilem, ut in homine; alibi vero simplicem et parum mobilem, ut fere in omnibus ceteris animalibus. Pendere autem hanc libertatem sic ab animalis natura, ut per se quidem feratur, iuxta illius autem appetitiones moveatur.

40. *Eius-*

---

b) ἐμπεπόδισαι bene codd. V. A. E. pro ἐκ πεπόδισαι ap. Cant.

c) Edidit Cant. καὶ ἀντὶ ψυχῶν ἀπὸ αὐτῶν γεγονυῖαι, καὶ ψυχαὶ ζώων. Pro ἀπὸ αὐτῶν in marg. annotavit ἀπολύτων, recte! Sic enim animas corpore adhuc liberas vocari, patet mox infra ex loco Iamblichi, *fragm.* 41.

d) καὶ, quod male iterum intrusum est ap. Cant. delent codd. V. A E.

e) ἀπὸ, quod sensus flagitat, rescripsi pro τό.

40. *Eiusdem.*

Πανταχοῦ δὲ τὰς ὑπερβολὰς φεύγειν προσήκει, διώκειν δὲ τὸ μέσον, ἂν μὴ ἤδη τὸ ἐφ' ἡμῖν πάθεσι *a*) καὶ κακίαις ἀνηκέστοις δεδεμένον δουλεύῃ καὶ κατατεταγμένον ᾖ. Ἐπὶ *b*) τούτοις ἀρέσκει καὶ τὸ μὴ ἀτάκτως κληροῦσθαι τὰς ψυχὰς τοὺς βίους καὶ λαμβάνειν αὐτούς, ἀλλὰ τάξει καὶ ὡς ἄγει αὐτὴν ἡ περίοδος. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη παυσαμένη ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ, πρώτη ἕξει, ἡ δὲ *c*) δευτέρα ἐν τῇ δευτέρᾳ κληρωσαμένη· τρεφομένας γὰρ ὑπὸ τοῦ παντὸς καὶ καταλήγουσας, τῇ τούτου φορᾷ περιάγεσθαι ὡς εἰς τάξιν, κλήρων σημαινόντων τὸ α καὶ τὸ β. Διὸ καὶ τῆς Λαχέσεως κλήροι λαμβάνονται τῷ προφήτῃ *d*), ἥτις ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν καὶ κληροῦσθαι κέκληται. Λάχεσιν δὲ τὴν τοῦ παντὸς περιτροφὴν πολλοὶ εἶναι εἰρήκασιν. Ἀρέσκει καὶ τὸ χραίνεσθαι τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς αὐτεξούσιον, ὑπὸ τῆς ἐγγινομένης ἐνταῦθα προβιότητος *e*), τὸ δ' ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις αὐτεξούσιον, ἐκ τῆς πρός τινα τῶν τῇδε βίων τῆς *f*) ἔξω ἔτι οὔσης ῥοπῆς, ἣν αἵρεσιν ὁ Πλάτων λέγει. Ἀρέσκει καὶ τὸ τοιαύτην εἶναι

---

ad fr. 40. Codd. V. A. E. in marg. τοῦ αὐτοῦ.

a) Legitur ap. Cant. πάθεσι κακίας ἀνηκέστοις, quod et codd. Sed quid sint πάθη κακίας non satis assequor. Legendum est πάθεσι ἢ vel καὶ (quod quam facile excidere potuerit ante κακίαις in aprico est;) κακίαις ἀνηκέστοις, *affectibus vel vitiis non curandis.*

b) τού-

40. *Eiusdem.*

Ubique vero decet fugere exsuperantiam et sectari mediocritatem, nisi iam libertas nostra affectuum et vitiorum non sanandorum imperio subiecta fuerit. Neque existimant animas praeter ordinem sortiri vitas, verum ordine et pro ambitu; sic ut quae prima ex primo ambitu vacua sit, prima iterum sortiatur, secunda vero quae secundo. Cum enim ab universi motu circumagantur, hoc ordine sortes, primas, secundas et sic porro accipere. Ideoque Lachesin vati sortes porrigere, quae sit a sortiendo denominata. Lachesin sane plerique universi conversionem significare censuerunt. Existimant quoque animarum libertatem pollui huius vitae accessione, hominum vero vitae alicuius, quales hic sunt, cum anima adhuc libera est, cupidine, quam Plato electionem vocat. Existi-

---

b) τούτοις nihil habet ad quod referatur; rescripsi ἐπὶ τούτοις, *praeterea.*

c) δὲ addunt codd. V. A E. Quae hic habet scriptor, non quidem ipsa apud Platonem invenies, adumbrata tamen videntur ex Platonico mytho; cf. *Plat. Op.* II, p 615.

d) Haec ex *Plat.* l. c. p. 617. Προφήτην οὖν τινα σοφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαξῆσαι, ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν, εἰπεῖν &c.

e) προβιότητος rescripsi pro προβιότης, vita nempe acta antequam ad hanc vitam accedunt.

f) Si τῆς sanum est, subintelligendum ψυχῆς, animae nondum corpori iunctae. Clarius tamen foret si vel ψυχῆς vel τῆς ψυχῆς legas. De reliquis cf. *Plat.* l. c. p. 619.

εἶναι τὴν εἱμαρμένην, εἰκυῖαν ταῖς τῶν νόμων διαγορεύσεσι, νόμον οὖσαν καὶ αὐτὴν, καὶ

θεῶν ψήφισμα παλαιὸν

Ἀίδιον, πλατέεσσι κατεσφραγισμένον ὅρκοις,

ὡς φησιν Ἐμπεδοκλῆς g). Ὅι τε γὰρ νόμοι, οὐκ ἀναγκάζοντες, διαγορεύουσι ὡς, ἐὰν λησεύσῃς, τόδε πείσῃ· ἐὰν δὲ ἁρπεύσῃς, τῶνδε τεύξῃ· οἵ τε καθ' εἱμαρμένην θεσμοὶ, ἐὰν βίον ἕλῃ ἀνδρὸς, οὕτως ζήσῃ, οὐ μὴν h) ἔτι καὶ ἑλοῦ ἐκ παντὸς ἀναγκάζουσι· καὶ ἐὰν i) ἐν ἀνδράσι γενόμενος βίον ἕλῃ στρατιώτου, τάδε σε παθεῖν καὶ δρᾶσαι ἀνάγκη, οὐ μὴν ἔτι βίον σε ἀνάγκη ἑλέσθαι στρατιώτου, καὶ τάδε παθεῖν ἐξ ἀνάγκης. Διὸ κεῖται μὲν τὰ παραδείγματα καὶ τῶν πρώτων καὶ δευτέρων· ἐπὶ δὲ ταῖς ψυχαῖς ἐσι, τούς, τε k) πρώτους ἑλέσθαι βίους, καὶ ζῆσαι, φέρε, βίον ἀνθρώπου, τῶν τὲ δευτέρων ἑλέσθαι βίον τινά· ἑλομένῳ δὲ, καὶ ζῶντι κατ' αὐτὸν l), ἀνάγκη τ' ἀκόλουθα καὶ δρᾶσαι καὶ παθεῖν. Εἰ μέντοι m) ἐνδέχεται, καταμαντευσάμενον, τῇ τοῦ Πλάτωνος γνώμῃ ἐπιτυχῶν, σοχάσασθαι πόθεν

---

g) In Empedoclis versu male πλάτεσι ap. Cant. In codd. V. A. E. πλατέεσι unde vera lectio; quam metrica ratio postulat, facile refingitur, πλατέεσσι rescribendo. Sunt nempe ὅρκοι πλατεῖς, *iuramenta firma*, quo sensu πλατὺς poni, satis iam probarunt Lexicographi.

h) οὐ μὴν bene codd. V. A. E. pro οὐ μέν.

i) Corrupta haec ap. Cant. ubi: καὶ ἐὰν ἀνδράσι γενόμενον βίον ὕλῃ στρατιώτου &c. Pro γενόμενον recte codd. V.

Existimant quoque tale esse fatum, ut legum decretis simile sit, cum et ipsum lex sit

Deûm sententia prisca
Aeterna, et late iurando iure sacrata,

ut dicit Empedocles. Nam et leges absque necessitate censent: si quis furetur, tale supplicium, si fortiter se gerat, tale praemium habiturum; et fati decreta censent, si viri vitam deligas ita te victurum; non tamen ut sumas omnino imperant; sive inter viros, militis, talia te facturum et toleraturum, non tamen ut vitam militis sumas ac talia toleres, cogunt. Ut itaque proposita sunt primarum ac secundarum vitarum exempla, sic in animarum potestate est, ex primis vitis eligere aliquam, et vivere v. c. vitam hominis; nec minus eligere ex secundis vitam aliquam; veruntamen post electionem consentanea vitae ferre et agere coguntur. Quodsi per coniecturam divina-

re

V. A. E. γενόμενος, unde simul patet ante ἀνδράσι excidisse ἐν, ut sit: καὶ ἐὰν ἐν ἀνδράσι γενόμενος &c Mox post τάδε cod V. recte iterum supplet σὲ, qui et statim οὐ μὴν iterum recte pro οὐ μέν. Denique ἀνάγκη, quod res ipsa postulat, rescripsi pro ἀναγκης.

k) τούς τε recte codd. V. A. E. pro τούτῳ ap. Cant.

l) κατ' αὐτὸν, *secundum eam*, rescripsi pro κατὰ ταυτόν.

m) μέντοι codd. V. A. E. pro μέν τι. Mox τῇ τοῦ Πλάτωνος γνώμῃ rescripsi pro τῆς Πλάτωνος γνώμης. — Στοχάσασθαι autem recte codd. V. A. E. pro στοχάσεσθαι.

θεν ταῦτα λαβὼν Πλάτων περὶ αὐτῶν διελέχθη, ὡς τοῖς γιγνόμενοις ὄντων συμφώνων, φαίην ἂν ἔγωγε n), ὅτι τῶν παρ' Αἰγυπτίοις σοφῶν τοὺς βίους ἐκ τῶν ὡροσκόπων σημειουμένων, καὶ τῆς ἐν ταῖς γενέσεσι τῶν ἀστέρων πρὸς τὰ ἐν τῷ ζωδιακῷ ἄστρα διαθέσεως o), ὡς ἀκολούθως τῇ τοῦ ὡροσκόπου ἀνατολῇ ἀναγκάζειν μὲν τὴν ποιὰν διάθεσιν τῶν σχηματισμῶν ποιοὺς εἶναι τοὺς βίους ταῖς διὰ τῆς ὡροσκοπούσης μοίρας ἰούσαις ψυχαῖς εἰς τὴν γένεσιν, πῶς ἐχόντων τότε τῶν σχηματισμῶν, μὴ συντίθεσθαι αὐτὸν τοῖς Αἰγυπτίοις· τῶν δὲ ψυχῶν κατὰ τὰς ἐνούσας διαθέσεις ἐπὶ τοὺς ὁροσκόπους φερομένων, καὶ βίους, οὓς p) σημαίνουσιν αἱ σχηματισμοὶ, βλεπουσῶν γεγραμμένους, ὥσπερ ἐν πίνακι γεγραμμένα, ἐν τῇ οὐρανίᾳ γῇ, τὰς ἑλομένας διὰ μὲν τὸ αὐτεξούσιον δύνασθαι καὶ μὴ βιῶναι οὕτω, ἑλομένας δὲ, τὰ ἐν τῇ τροφῇ κατὰ στιγμὴν τοῦ χρόνου τῆς ἀναφορᾶς q) τοῦ ὡροσκόπου ἐναλλαττόμενα, ἀνάγκη ἐκτελεῖν r) τὰ γεγραμμένα. Διὰ τί οὖν ἐν

---

n) Inquirit in ortum Platonici mythi, eumque ab Aegyptiis petitum esse, coniicit.

o) Turbatus erat omnis hic locus ap. Cant. nec in codd. multum praesidii, qui tantum ἀκολούθως exhibent pro ἀκηλόθου et infra τῶν σχηματισμῶν pro τὸ σχηματισμῶν. Sed supererant menda altius latentia, quae tamen et indagasse et leni medicina sanasse mihi videor. Primum enim ap Cant. perierat ὡς ob praecedentis verbi διαθέσεως terminationem, quo omnis nexus sermonis tollitur. Iungendum enim est ὡς (i. e. ὥσε) ἀναγκάζειν μὲν &c.

re liceat, unde Plato sententiam suam desumserit, et placita illa ut certa protulerit, equidem dixerim: cum Aegyptiorum sapientes ex horoscopis, atque planetarum versus stellas in zodiaco nativitatis tempore situ vitas iudicent, ita ut pro horoscopi electione necessario certam figurarum constitutionem certas quoque vitas producat animis, per partem horoscopi in corpora migrantibus, pro figurarum quae tunc existit ratione, Platonem in his non accessisse ad Aegyptiorum sententiam. Sed cum animae pro interna earum dispositione ferantur ad horoscopos, et vitas ab iis electas, quas figurae indicant, videant depictas, ut quae in tabula depicta sunt, in coelesti terra, pro arbitrii sui libertate posse quidem et aliter vivere, si autem semel elegerint quae horoscopi exortui conveniunt, quae tamen perpetua conversione momento temporis mutantur, necesse esse ipsis ferre quae delineata sunt.

Quo-

&c. Pergit Cant. ἀναγκάζειν μὲν τὴν ποιὰν διάθεσιν τῶν σχηματισμῶν ποιεῖν τοὺς βίους, in quo quid ποιεῖν significet, nemo intelligit. Rescripsi ποιοὺς εἶναι, (duplici enim compendio lectionis duplex vox in unam coaluerat:) *schematis rationem necessario quoque vitae rationem constituere.*

p) Supplevi οὖς, quod iterum ob praecedentis vocis terminationem exciderat, sine quo tamen nexum sententiarum desideras.

q) Est nempe ἡ ἀναφορὰ emersio partis cuiusdam coeli in horoscopo.

r) ἐκτελεῖν codd. V. A. E. pro ἐντέλλειν.

ἐν τῇ αὐτῇ ἀναφορᾷ φέρε καὶ κύων γενναῖται καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ, καὶ πολλοὶ ἄνδρες, καὶ πάντων οὔτε ὁ πρῶτος βίος ὁ αὐτὸς, οὔτε ὁ δεύτερος; Πρῶτον μὲν οὖν εἴποιμ' ἂν οὐχ οὕτω ταχυτέραν ταῖς ψυχαῖς πορείαν s) πάσαις, ὡς μὴ φθάσαι τὴν ἀναφορὰν τοῦ ὡροσκόπου τὴν ἐκείνων εἰσεδυ· προλαμβανούσης δὲ ἀεὶ τῆς Φορᾶς, καὶ ἑκάστης κατὰ κλῆρον διαφορᾶς ἄλλο παράδειγμα βίου φερούσης, ἀνάγκη μηδέποτε συντρέχειν πάντη τοὺς δοκοῦντας ἐν τῇ αὐτῇ t) ὥρᾳ εἰς τὸν κόσμον ἐμβάλλειν. Ἔπειτα ὁ μὲν κλῆρος ἔξω u) πρὶν εἰς τὸν τῆς σελήνης ὑποκάτω τόπον πεσεῖν, τοῦ πρώτου βίου ἡ διέξοδος διὰ τῶν ἑπτὰ σφαιρῶν γιγνομένη, ἄλλως ἄλλης κατ' αὐτὰ κινουμένης, κατὰ τὰς προθυμίας πρός τινας τῶν δευτέρων βίων, οὐχ ὁμοίως προσέχειν πάσας ποιεῖ τοῖς γεγραμμένοις. Ἤδη οὖν ἡ μὲν ἑλομένη κυνὸς βίον, ἔρχεται ἐπὶ τόνδε τὸν ὡροσκόπον· ἡ δὲ ἀνθρώπου κατὰ τὴν παράκλισιν v) τῆς σιγμῆς ἐπὶ τόν-

---

s) πορείαν, *viam* seu *iter animarum* nempe in corpora quibus iunguntur, bene codd. V. A. E. pro πορεῖσαν ap. Cant.

t) Supplevi αὐτῇ, quod sensus flagitat, *in eadem hora.*

u) Sunt in his et in proxime sequentibus quae non expedio. Prima statim ὁ μὲν κλῆρος ἔξω πριν &c. corrupta esse, nemo non videt. Tentavi pro ἔξω: ἐξιὼν, *sors prosiliens*, praeterea post πριν vel addendum vel saltem sub-

Quomodo itaque dices, in eodem exortu et canis gignitur et vir, et mulier, et multi viri, ita ut in omnibus neque prima neque secunda vita eadem sit? Ad quae respondeverim primum, non tam celeriter animas omnes sortiri, ut earum interitum non exortus horoscopi praeveniant; praevertente autem semper conversione, et cum singulae pro sortis diversitate aliud vitae exemplum sequantur, nequaquam eas inter se concurrere, quae videantur in eadem hora in lucem editae. Deinde cum sortes exeant priusquam animae ad locum sublunarem deveniant, vitae primae transitus per septem sphaeras, in quo alia aliter se movet, non similiter per appetitus secundarum vitarum omnes designata considerare facit; sic ut alia canis vitam desumens ad hunc horoscopum, alia hominis, secundum momenti immutationem, ad aliam ferat.

---

subintelligendum τὰς ψυχὰς vel τὴν ψυχὴν, post quae τόπον bene codd. V. A. E. pro τόπου ap. Cant. qui et supplent ἡ ante διέξοδος. Attamen vel sic locum obscurum mihi manere, non diffiteor, quod nexum orationis desidero. Iudicium sit apud alios num ille restitui possit post τοῦ supplendo τε, ut sit Ἔπειτα ὁ μὲν κλῆρος — τοῦ τε πρώτου βίου ἡ διέξοδος — οὐχ ὁμοίως προσέχειν ποιεῖ &c. *Ut fors prosiliens priusquam animae ad inferiora loca perveniant*, ET *via per sphaeras animarum attentionem turbet*, quod et in versione expressi.

v) παράκλισιν, *declinationem*, bene cod. A. pro παρέκλησιν ap. Cant.

τόνδε· Φέρει x) δ' αὐτὴν ἡ Δίκη κατὰ τῆς ἠθοποιίας ἰδιότητα ἐπί τινα μοῖραν τῆς περιφορᾶς, ἣ βίον ἔχει γεγραμμένον πρόσφορον ταῖς αὐτῆς προθυμίαις. Ἡ δὲ Δίκη Τύχη λέγεται, αἰτία οὖσα y) ἄδηλος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ. Ζωδίων δὲ ὄντων δώδεκα, δι' ὧν ἡ ὁδὸς ταῖς ψυχαῖς πεπίστευται τοῖς Αἰγυπτίοις γίγνεσθαι τῆδε πανταχοῦ σχεδὸν, αἱ μὲν πρῶται z) τοῦ ζωδιακοῦ μοῖραι ὡσὰν ἀγαθῷ γενεμημέναι τῷ κυρίῳ τοῦ ζωδίου, παρεδώθησαν εἶναι ἀμφιλαφεῖς· αἱ δὲ τελευταῖαι ἐπὶ πάντων τοῖς κακοποιοῖς λεγομένοις ἀστράσιν ἀπενεμήθησαν. Ἐντεῦθεν οὖν ἡ τῶν πρώτων κλήρων εὐμοιρία ἀποδοχῆς ἠξίωται, καὶ ἡ τῶν ὑστέρων ἐξενοχωρεῖσθαι λέγεται. Σημαίνειν a) μὲν οὖν τὰ ποιὰ σχήματα τοὺς βίους τίθεται Πλάτων· ἀναγκάζειν δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλὰ τοὺς ἑλομένους ζῆν b) καθὰ σημαίνει, ἐξ ἀνάγκης ἔχειν τὸν εἱρμὸν τῶν γεγραμμένων. Αἰτία c) τοίνυν ἑλομένῳ ἢ ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς βίον, ἢ ἄλλου τινὸς

---

x) Nullo sensu Cant. φέρειν δ' αὐτὸν καὶ ἡ δίκη κατῆς ἠθοποιΐας ἰδιότητα &c pro quibus melius codd. V. A. E. φέρει δ' αὐτὴν καὶ ἡ Δίκη κατὰ τῆς ἠθοποιΐας ἰδιότητα &c. Respicit nempe ad Pythagoricum placitum de animarum migratione, pro morum varietate animas vel in hoc vel in aliud animalium genus includi. — γεγραμμένον bene codd. V. A. E. pro γεγραμμένου.

y) οὖσα codd. V. A. E. recte pro οὖρα. Male homines casum putare quod Nemesis seu τῆς Δίκης opus sit.

z) Legitur ap. Cant. αἱ μὲν πρῶται τοῦ ζωδιακοῦ μοῖραι, ὡς ἂν αὐτῶν ἐνεμημέναι τῷ κυρίῳ τοῦ ζωδίου, παρεδόθη-

ferat. Ac defert eam Iuſtitia pro morum charactere ad eam orbis partem, quae vitam ipſarum appetitui conſentaneam continet. Iuſtitia ſane Fortuna vocatur, humanae rationi ignota cauſa. Cum autem duodecim zodiaci ſigna ſint, per quae animas huc commeare putant Aegyptii, primae zodiaci partes, prout bono domino aſſignatae, communes traduntur; ultimae autem ab omnibus malignis ſtellis, ut vocant, tribuuntur. Ex quo fit, ut priores ſortes gratae ſint, poſteriores anguſtae ducantur. Itaque certas figuras vitam quidem denotare putat Plato, non autem neceſſarias reddere, verum qui elegerint neceſſario deſignata ferre. Cauſam itaque eſſe iis qui viri vel mulieris vitam vel alterius animalis elegerint, quod ad ho-

---

δόξησαν εἶναι ἀμφιλαφεῖς· αἱ δὲ τελευταῖοι &c. nullo ſenſu. Dicit ſcriptor: ex duodecim ſignis zodiaci 6 priora bona eſſe et fauſta, ſex altera mala et infelicia. Mendum latet in ἀυτῶν ἐνεμημέναι, pro quo reſcripſi ἀγαθῷ νενεμημέναι τῷ κυρίῳ, *bono domino ſeu numini tributa*. Veſtigium verae lectionis ſervavit V. ubi ἀυτῷ νενεμημέναι.

a) σημαίνειν et τίθεται recte codd. V. A. pro σημαίνει et τίθεσθαι ap. Cant.

b) καὶ male hic inſeritur ap. Cant.

c) Habet Cant. Αἰτία τοίνυν ἑλομένων — τῆς εἰς τὸν ὡροσκόπον Φορᾶς, pro quo vel legendum Αἰτίαν τοίνυν ἑλομένῳ — τὴν ε. τ. ὡρ. Φοράν, vel quod praetuli Αἰτία τοίνυν ἑλομένῳ — ἐν τῇς ε. τ. ὡρ. Φορᾶς, *cauſam hanc*, vel *in eo eſſe*.

τινὸς ζώου ἐκ τῆς εἰς τὸν ὡροσκόπον φορᾶς· αἰτία δὲ καὶ τῆ ἐνεχθείση d) εἰς τόνδε τὸν ὡροσκόπον τοῦ ἑλέσθαι e) τὸν δεύτερον βίον, ὃν γεγραμμένον δεικνύει ἡ κατὰ τὸν ὡροσκόπον τεταγμένη διακόσμησις τῶν ἀστέρων f). Εἰ μή τις τὴν μὲν κατὰ τὴν σποράν ὡροσκοπίαν τοῦ ἀνθρώπου ἢ κυνὸς g) ἑλέσθαι ἐμφαίνειν τὸν κλῆρον εἴποι· τὴν δὲ κατὰ h) τῆς ἐκ μητρὸς ἐκτροπῆς ὡροσκοπίαν τοῦ δευτέρου βίου καὶ ἐπὶ τῷ προαιρεθέντι ἐνδεικνῦναι i) τὴν αἵρεσιν. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις παραδεδομένων ἡ τοῦ μύθου πλάσις ἐσκευώρηται, συγχωρήσειεν ἄν τις· εἰ δὲ κατ' αὐτὰ τὰ νοήματα κατὰ μέρος τῷ Πλάτωνι διεσκευάσθη, χαλεπὸν τὸ ἀποφαίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ὁμήρου τυγχάνεις ὢν ἐραστής τε καὶ ἐπαινέτης, ὅρα μοὶ μὴ καὶ αὐτὸς πρὸ τοῦ Πλάτωνος τὸ διττὸν οἶδε τῶν βίων, τὸν μέν τινα ἀκίνητον, ὃν ἑλέσθαι ἡ ψυχὴ ἢ μὴ ἑλέσθαι δύναται, ὅταν δ' ἅπαξ k) ἕληται, ἀφύκτως ἔχουσα μεταβάλλειν, ἢ δι' ἀρετῆς αὐτὸν διοικεῖ ἢ κακίας· τούτου γὰρ μεμνημένος φησί· l)

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν

Οὐ

---

d) Ad τῇ ἐνεχθείσῃ, quod edidi pro τῆς ἐνεχθείσης, vel subintelligendum vel supplendum ψυχῇ.

e) τοῦ ἑλέσθαι rescripsi pro τὸ ἑλέσθαι, id enim agit scriptor ut rationes eligendi et primam et secundam vitam exponat.

f) τῶν

horoscopum ferantur; causam vero quoque iis quae eo latae sint, ut secundam vitam eligant, quam stellarum constitutio in horoscopo delineata ostendit; nisi quis sationis quidem horoscopum hominis vel canis electionem dicat denotare; praeter hanc autem partus horoscopum secundam vitam. Sed ab Aegyptiorum quidem placitis fabulae figmentum manasse, facile quis concesserit; an autem ea singula a Platone sint conservata, difficile dictu est. Et quoniam Homerum amas atque admiraris, ipse quoque ante Platonem utramque vitam videtur agnoscere, alteram quidem immutabilem, quam anima vel eligere vel non eligere potest, si vero elegerit non amplius possit mutare, quia vel cum virtute vel cum vitio degat. Haec enim respiciens dixit:

At fata haud ullum dico vitasse virorum,

Pra-

---

f) τῶν ἀ≠έρων, *stellarum*, pro ἀρετῶν recte iam in marg. emendavit Cant.

g) κυνὸς sensu flagitante rescripsi pro κύνα.

h) Supplevi κατὰ, et pro ὡροσκοπία rescripsi ὡροσκοπίαν.

i) ἐνδεικνῦναι, ut respondeat praecedenti ἐμφαίνειν, rescripsi pro ἐνδεικνοντι ap. Cant. quod nihil habet unde pendeat.

k) δὲ, quod nexus postulat, supplevi, et statim ἢ δι' rescripsi pro καὶ δι'.

l) Versus Homeri leguntur *Il.* VI, 488 &c. ἔμμεναι bene supplent codd. V. A. E.

Οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλόν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Τοῦτο μὲν οὖν περὶ τοῦ πρώτου καὶ ἀπαραβάτου εἴη ἂν λέγων βίου· περὶ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, τί οὖν φησιν m) Ὅμηρος; n)

— — οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται;

Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ

Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Διὰ τί o) οὖν οἱ δὲ καὶ αὐτοί; Δηλοῖ γὰρ ὅτι καὶ ἀπὸ θεῶν τι ἔρχεται εἰς αὐτούς, εἰ καὶ p) τὸ πλέον δι' αὐτούς· ἢ ὅτι τὰ παραδείγματα τῶν βίων παρὰ θεῶν, οὐ δὲ αὐτοὺς ἔξω τῆς αἰτίας τοῦ εἰς κακὰ ἐμπίπτειν; ἀλλ' ἀπολύεται αὐτοὺς q), τῷ r) αὐτεξουσίους ποιῆσαι τὰς ψυχὰς, καὶ αὐταῖς ἐπιτρέψαι ἑλέσθαι βίους, οἱ δὲ ἐξ ἐπιδρομῆς καὶ ἀμαθίας

Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.

41. *Iamblichi.*

Οὐσία ἐστὶν ἄϋλος ἡ τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν, ἀσώματος, ἀγέννητος πάντη, καὶ ἀνώλεθρος, παρ' ἑαυ-

---

m) τί οὖν φησὶν codd. V. A. pro τί λέγει.

n) Leguntur ap. Homerum *Od.* I, 32. 33.

o) Διὰ τί, ut sit interrogatio, recepi ex Vat. pro διὰ τὸ ap. Cant. Si vulgatum retinere malis sublata interrogatione pro δηλοῖ γὰρ legendum erit δηλοῖ γε.

p) εἰ καὶ recepi ex Vat. pro ἢ καί. Si retineas ἢ καὶ proximum αὐτοὺς adhuc ad deos pertineret, *vel aliquam vel maiorem culpam in diis esse*, quae vix fuit sententia Porphyrii. Ceterum malim omnino sic legere: δηλοῖ γὰρ ὅτι εἰ

Pravum sive bonum, cum primum est editus orbi. Atque haec quidem de prima immutabili vita dixisse videtur; de altera vero in nostra potestate sita, quid dicit?

Qualia de divis mortalia crimina iactant!
Damna etenim nobis accepta ferunt; sed et ipsi
Sponte sua pariunt, fato cessante, dolores.

Nam cum *sed et ipsi*, inquit, a diis quoque concedit partem aliquam, potiorem tamen ab ipsis, proficisci; vel quod, cum illi vitarum exempla proponant, non prorsus extra culpam sint, in mala incidere homines; sed absolvit eos, dum animis libertatem concedit vitarumque electionem, deinde per ignorantiam:

Sponte sua pariunt fato cessante dolores.

41. *Iamblichi.*

Anima natura sua materiae est et corporis expers, ortus et interitus nescia, sibi ipsi vitam tribuens, ipsa

---

εἰ καὶ ἀπὸ θεῶν τι ἔρχεται εἰς αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸ πλέον δι' αὐτούς, nempe *a se ipsis*, id enim est quod proprie dicere voluit Porphyrius.

q) αὐτοὺς, nempe τοὺς θεούς.

r τῷ sensu flagitante rescripsi pro τὸ, *eo quod*. Mox ἐπιτρέψαι et βίους recte codd. V. A. pro ἐπισρέψαι et βίῳ ap. Cant.

ad fr. 41. Codd. V. A. E. in marg. Ἐκ τῆς Ἰαμβλίχου ἐπιστολῆς πρὸς Μακεδόνιον περὶ εἱμαρμένης, *ex Iamblichi ad Macedonium de fato*, cf. *commentat. de font. Stob.* Apud Cant. in marg. male ἐν ταυτῷ, quasi ex Porphyrii libro adhuc desumtum esset, quem tamen errorem in versione correxit.

ἑαυτῆς ἔχουσα τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν, αὐτοκίνητος παντελῶς καὶ ἀρχὴ τῆς Φύσεως, καὶ τῶν ὅλων κινήσεων. Αὐτὴ δὴ οὖν καθόσον ἐστὶ τοιαύτη, καὶ τὴν αὐτεξούσιον καὶ τὴν ἀπόλυτον περιείληφεν ἐν ἑαυτῇ ζωήν. Καθόσον μὲν οὖν a) δίδωσιν αὐτὴν εἰς τὰ γιγνόμενα, καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ παντὸς Φορὰν ἑαυτὴν ὑποτάττει, κατὰ τοσοῦτον καὶ ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην ἄγεται, καὶ δουλεύει ταῖς τῆς Φύσεως ἀναγκαις· καθόσον δὲ αὐτὴ b) τὴν νοερὰν ἑαυτῆς καὶ τῷ ὄντι ἄφετον ἀπὸ πάντων καὶ αὐθαίρετον ἐνέργειαν ἐνεργεῖ, κατὰ τοσοῦτον τὰ ἑαυτῆς ἑκουσίως πράττει, καὶ τοῦ θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ νοητοῦ μετ' ἀληθείας ἐφάπτεται.

42. *Eiusdem.*

Τὸν κατὰ νοῦν ἄρα βίον καὶ τὸν ἐχόμενον τῶν θεῶν διαζῆν μελετητέον· οὗτος γὰρ ἡμῖν μόνος ἀποδίδωσι τὴν ἀδέσποτον τῆς ψυχῆς ἐξουσίαν, ἀπολύει a) τε ἡμᾶς τῶν ἀνάγκης δεσμῶν, καὶ ποιεῖ ζῆν οὐκ ἀνθρώπινόν τινα βίον, ἀλλὰ τὸν θεῖον, καὶ τῇ βουλήσει τῶν θείων ἀγαθῶν ἀποπληρούμενον.

43. *Eiusdem.*

Καὶ γὰρ ἤδη τὸ ὅλον εἰπεῖν, αἱ μὲν κινήσεις a) αἱ περὶ τὸν κόσμον τῇ πεπρωμένῃ b) πρὸς τὰς αὖ-

λους

---

a) οὖν, quod nexus postulat, supplevi.
b) αὐτὴ τὴν νοερὰν rescripsi pro αὐτὴν νοεράν.

ad

ipsa se movens, naturae omniumque motuum principium. Ipsa autem cum talis sit, vitam quoque liberam ac corpore solutam in se continet. Quatenus itaque ipsa nascentibus se praebet, et universi motui subiicit, eatenus quoque fato paret, et naturae necessitati subservit; quatenus autem ipsa libera mentis functione fungitur, eatenus quoque libere suas res agit, ac divina, bona, et mente concipienda cum veritate tractat.

42. *Eiusdem.*

Quocirca mentis et coelestem vitam degere nos convenit; quandoquidem haec sola animae libertatem restituit, atque a necessitatis vinculis nos solvit, nec humanam sed vere divinam vitam vivere nos facit, et sponte divinorum bonorum plenam.

43. *Eiusdem.*

Atque ut brevi dicam, motus coelestes fati functionibus materiae expertibus comparantur, adeo autem

---

ad fr. 42. Codd. V. A. E. in marg. ἐν ταυτῷ.

a) Edidit Cant. ἀπολύει τε ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων, quod si sanum esset τὰ ἀναγκαῖα positum foret pro ipsa ἀνάγκη, quod vix graecum puto. Sed codd. V. A. post ἀναγκαίων supplent δεσμῶν, quo vera lectio facile refingitur. Legendum nempe ἀπολύει τε ἡμᾶς τῶν ἀνάγκης δεσμῶν, *liberat nos a necessitatis vinculis.*

ad fr. 43. Codd. V. A. E. in marg. iterum τοῦ αὐτοῦ.

a) κινήσεις, *motus universi*, sic bene codd. V. A. pro μηνύσεις ap. Cant.

b) τῇ

λους καὶ νοερὰς ἐνεργείας καὶ περιφορὰς ἀφομοιοῦνται, ἡ δὲ τάξις αὐτῆς πρὸς τὴν νοητὴν καὶ ἄχραντον εὐταξίαν ἀπείκασαι· τὰ δ' αἴτια τὰ δεύτερα τοῖς προηγουμένοις αἰτίοις συνήρτηται, καὶ τὸ ἐν γενέσει πλῆθος περὶ τὴν ἀμέριστον οὐσίαν, καὶ πάντα οὕτω τὰ τῆς εἱμαρμένης συνῆπται πρὸς τὴν προηγουμένην πρόνοιαν. Κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἄρα ἐπιπλέκεται c) ἡ εἱμαρμένη τῇ προνοίᾳ, καὶ τῷ d) εἶναι τὴν πρόνοιάν ἐστιν ἡ εἱμαρμένη, καὶ ἀπ' αὐτῆς καὶ περὶ αὐτὴν ὑφέστηκε. Τούτων e) δὲ οὕτως ἐχόντων καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀρχὴ τοῦ πράττειν ἔχει μὲν συμφωνίαν πρὸς ἀμφοτέρας ταύτας τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς f), ἔχει δὲ καὶ ἀφειμένην ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ ἀπόλυτον ἀπὸ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως ἐν ἡμῖν τῶν πράξεων ἀρχήν. Διὰ τοῦτο g) οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ τοῦ παντός. Διότι μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως παράγεται, οὐδὲ ἀπὸ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, πρεσβυτέρα, καὶ, οὐκ ἀπὸ τοῦ παντὸς ἐνδιδομένη, προτέτακται· h) διότι γε μὴν ἀφ' ὅλων τῶν τοῦ κόσμου μερίδων, καὶ ἀπὸ πάντων στοιχείων μοίρας τινὰς κατενείματο i), καὶ ταύταις πάσαις χρῆ-

---

b) τῇ πεπρωμένῃ, *fato similes redduntur*, edidi pro τῆς πεπρωμένης ap. Cant. quod nihil habet ad quod referatur.

c) ἐπιπλέκεται (sic codd. V. A. E.) ἡ εἱμαρμένη τῇ προνοίᾳ, *connunguntur inter se fatum et providentia*, edidi pro: ἐστὶ πλέκεται ἡ εἱμαρμένη τὴν πρόνοιαν ap. Cant.

d) τῷ

tem ipsius cum puro cogitatione tantum concipiendo mentis ordine. At secundae causae ad priores referuntur, ortusque multitudo ad naturam individuam, itaque fatum omne cum providentia praeeunte coniunctum est. Natura sua itaque fatum et providentia inter se connexa sunt, atque eo ipso ut sit providentia est quoque fatum, atque ab ea dependet. Quae cum ita se habeant, humanarum quidem actionum initium convenit cum utroque hoc Universi principio, liberum tamen simul aliud habet initium, a natura atque universi motu solutum; atque eatenus non pendet ab universi motu. Quatenus enim a natura proficiscitur, non ab universi motu, antiquior habetur; quatenus vero a mundi partibus et elementis omnibus quaedam desumit, quibus in omnibus utatur,

---

d) τῷ εἶναι τὴν πρόνοιαν, *eo quod est providentia*, rescripsi pro τὸ εἶναι τὴν πρόνοιαν ap. Cant.

e) Nova hic ap. Cant. incipit paragraphus; nihil tamen in marg. annotatum, nec distinguenda videtur ab antecedentibus.

f) Providentiam nempe et fatum. — ἀφειμένην, *solutum*, recte codd. V. A. E. pro φεμενην in Cant ed.

g) Post διὰ τοῦτο excidit forte οὖν, *hactenus itaque*. Mox ἔνεσιν, *inest*, rescripsi pro ἐσὶν, ex codd. V. A.

h) Prima clara sunt; *quatenus anima suam naturam sequitur, nec a motu universi pendet, supra fatum est*; in proximis iungendum puto καὶ, οὐκ ἐνδιδομένη ἀπὸ τοῦ παντὸς, et, *quatenus universum in eam non influit*, προτέτακται, *primum locum obtinet*.

i) Edidit Cant. πατενόματο, καὶ ταύταις πάσαις χρῆται,

χρῆται, περιέχεται αὐτὴ ἐν τῇ τῆς εἱμαρμένης διατάξει, καὶ συντελεῖται εἰς αὐτήν, καὶ συμπληροῖ τὴν ἐν αὐτῇ κατασκευήν, καὶ χρῆται αὐτῇ l) δεόντως. Καὶ καθόσον μὲν λόγον καθαρὸν, ἀυθυπόστατον m) καὶ αὐτοκίνητον, ἀφ' ἑαυτοῦ τε ἐνεργοῦντα καὶ τέλειον ἡ ψυχὴ συνείληφεν ἐν ἑαυτῇ, κατὰ τοσοῦτον ἀπόλυτός ἐστι πάντων τῶν ἔξωθεν· καθόσον γε μὴν καὶ ζωὰς ἄλλας προβάλλει, ξεπούσας εἰς τὴν γένεσιν, καὶ ἐπικοινωνεῖ τῷ σώματι n), κατὰ τοσοῦτον ἔχει συμπλοκὴν καὶ πρὸς τὴν τοῦ κόσμου διάταξιν.

44. *Eiusdem.*

Εἰ δέ τις ταυτόματον καὶ τὴν τύχην a) ἐπεισάγων ἀναιρεῖν οἴεται τὴν τάξιν, μαθέτω, ὡς οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ παντὶ ἄτακτον οὐδ' ἐπεισοδιῶδες b), οὐδ' ἄνευ αἰτίας, οὐδὲ ἀόριστον, οὐδὲ εἰκῆ, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ μηδενὸς ἐπεισιὸν, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκός. Οὔκουν ἀναιρεῖται ἡ τάξις καὶ συνέχεια τῶν αἰτιῶν, καὶ ἡ τῶν ἀρχῶν ἕνωσις, καὶ ἡ δι' c) ὅλων διατείνουσα τῶν πρώτων ἐπικράτεια. Βέλτιον οὖν ἀφορίζεσθαι,

---

ται, περιέχει ταύτῃ, καὶ ἐν τῇ τῆς εἱμαρμένης διὰ τάξει συντελεῖται εἰς αὐτὴν &c. quae corruptelis laborare nemo non videt. Pro κατενόματο codd. V. A. bene κατενείματο. Pro ταύταις πάσαις codd. V. A. E. ταῦτ' ἐν πάσαις, unde forte reponendum: καὶ ταύταις ἐν πᾶσι χρῆται. In proximis pro περιέχει ταύτῃ, quod non intelligo, rescribere non dubitavi περιέχεται αὐτῇ, ἐν &c. deleto

tur, fati ordine continetur, cum eo convenit, illud explet, eoque utitur. Et quatenus quidem rationem puram, per se mobilem et perfectam in se continet anima, eatenus ab omnibus externis est libera; quatenus vero alia vivendi genera in ortum producta affectat, et cum corpore se coniungit, eatenus cum mundi ordine connexa est.

44. *Eiusdem.*

Quodsi vero quis casu et fortuna introductis tolli putat ordinem, sciat nihil in universo esse ordine carens, nec fortuitum, nec sine causa, nec infinitum, nec casu, nec a nihilo proficiscens, nec accidens. Non itaque tollitur fortuna ordo et series causarum, et principiorum coniunctio, et omnia permeans principiorum dominium. Melius itaque sic definire For-

---

leto καὶ *Continetur anima in ordine universi*, καὶ, (quod male supra positum hic omissum erat,) συντελεῖται εἰς αὐτὴν, *et cum eo perficitur.*

l) αὐτῇ, nempe τῇ κατασκευῇ.

m) ἀνυπόστατον bene codd. V. A. E. pro ἀνυποστατον. Iidem τε mox bene addunt post ἑαυτοῦ.

n) τῷ σώματι, quod ordo verborum flagitat, rescripsi pro τὸ σῶμα.

ad fr. 44. Codd. V. A. E. in marg. ἐν ταυτῷ.

a) τὴν τύχην, *fortunam*, de hac enim in sequentibus sermo est, reposui pro τὴν ψυχήν.

b) ἐπεισοδιωδὲς, *fortuitum*, recte cod. V. pro ἐπεισωσιῶδες ap. Cant.

c) ἢ δι' bene codd. V. A. pro ἰδι'.

θαι d), ἡ τύχη τῶν πλειόνων τάξεων, ἢ καὶ ἄλλων δή τινων, ἥ ἐστιν ἔφορος, καὶ συναγωγὸς αἰτία, πρεσβυτέρα τῶν συνιόντων, ἣν e) τότε μὲν θεὸν ἐπικαλοῦμεν, τότε δὲ δαίμονα παρειλήφαμεν. Ἡνίκα γὰρ ἂν τὰ κρείττονα αἴτια τῶν συνιόντων, θεός ἐστιν αὐτῶν ἔφορος, ὁπόταν δὲ τὰ ἐν τῇ φύσει, δαίμων. Ἀεὶ οὖν μετ' αἰτίας πάντα ἐπιτελεῖται, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἄτακτον ἐν τοῖς γιγνομένοις ἐπεισέρχεται.

45. *Eiusdem.*

Διὰ τί οὖν παρ' ἀξίαν αἱ ἀπονομαὶ ἀποδίδονται; a) Τοῦτο οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀμφισβητεῖν ὅσιον, οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ κεῖται, ἐπ' αὐτῷ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου αἱρέσει τ' ἀγαθὰ, καὶ ταῦτα ἐν τῇ προαιρέσει κυριώτατα b) δὴ ἀφώρισαι,

---

d) Corrupta haec esse nemo non videt, sed quid rescribendum sit, haud facile dixeris, nam in codd. nihil prorsus praesidii. Tentavi: Βέλτιον οὖν οὕτως ἀφορίζεσθαι· ἡ τύχη ἡ τῶν κρειττόνων τάξις, ἣ καὶ ἄλλων δή τινων, ἥ ἐστιν — τῶν συνιόντων. *Fortunam esse ordinem rerum et meliorum quae a Deo proficiscantur, et aliarum, quibus praeest quatenus eventuum coniunctione oriuntur*, τῶν συνιόντων, quod adeo pro συμβαινόντων dictum foret. Attamen nondum me in his acquiescere, et in verbis maxime ἄλλων δή τινων mendum latere videri, quod tamen aliis indagandum relinquo, non negaverim.

e) Corruptiora haec adhuc ap. Cant. praecedentibus. Edidit ille: ἣν τότε μὲν θεὸν ἐπικαλοῦμεν, ἣν εἰλήφαμεν· ἡνίκα γὰρ ἂν τὰ κρείττονα αἴτια τῶν συνίη θεὸς ἐστιν αὐτῶν ἔφορος, ὁπόταν δὲ τὰ ἐν τῇ φύσει, δαιμόνων. Dicit Porphyrius, *fortunam mox deum mox daemonem vocari*, (ut

Fortunam ut sit ordo et rerum coelestium, et nonnullarum ex humanis, quatenus est praeses ordinis et conducens causa, antiquior eventuum, quam mox Deum vocamus, mox daemonem esse traditum accepimus. Si enim altior rerum ordo causa eventuum, Deus nobis vocatur, si natutales causae, daemon. Itaque cuncta de causis fiunt, nec quicquam ordine destituitur.

45. *Eiusdem.*

Cur igitur praeter dignitatem singula distribuuntur? At hoc omnino nefas est quaerere, cum in nemine alio sed ipso homine et hominis voluntate positum sit bonum. Verum haec quoque satis definita sunt, sed ex multorum ignorantia proficiscitur quaestio.

(ut apud *Democritum supra* p. 76.) *deum quatenus divina et coelestia, daemonem quatenus humana moderatur.* His positis patet pro ἦν εἰλήφαμεν supplendum et legendum esse: τότε δὲ δαίμονα παρειλήφαμεν, *mox pro daemone habemus*, παρειλήφαμεν confirmant codd. V. A. In proximis pro τῶν συνίη legendum erit τῶν συνιόντων, hic quoque pro συμβαινόντων dictum. Μὲν post ἡνίκα supplent codd. V. A. E. Denique pro δαιμόνων ex codd. V. A. rescripsi δαίμων.

ad fr. 45. In Cant. ed. male haec iunguntur prioribus. Codd. vero V. A. E. recte distinguunt, addito in margine ἐν ταυτῷ.

a) Male ap. Cant. hic praefigitur ἤ.

b) κυριώτατα δὴ ἀφώρισαι bene codd. V. A. pro κυριώτατα καὶ ἀφώρισαι ap. Cant.

ρισαι, τὰ δὲ ἀπορούμενα τοῖς πολλοῖς δι' ἀγνοιαν ἀμφισβητεῖται. Οὐκ ἄλλη οὖν ἀρετῆς ἐπικαρπία c) ἐστὶν ἢ αὐτὴ ἑαυτῆς. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐλαττοῦται ὅστις σπουδαῖος ἀπὸ τῆς τύχης, κρείττονα γὰρ αὐτὸν πάσης συντυχίας ἡ μεγαλοψυχία d) ἀπεργάζεται. Οὐδὲ γὰρ παρὰ φύσιν γίγνεται· e) ἐξαρκεῖ γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς ἀκρότης καὶ τελειότης τὴν ἀρίστην φύσιν συμπληρῶσαι τοῦ ἀνθρώπου f). Καὶ μὴν τά γε ἐναντία εἶναι δοκοῦντα γυμνάζει καὶ συνέχει καὶ συναύξει g) τὴν ἀρετήν, καὶ οὐχ οἷόν ἐστι χωρὶς αὐτῶν καλοὺς καγαθοὺς γίγνεσθαι. Καὶ αὕτη τοίνυν ἡ διάθεσις τῶν σπουδαίων h) τὸ καλὸν προτιμᾶται διαφερόντως, καὶ τὴν τοῦ λόγου τελειότητα μόνην ἐν μακαρίᾳ ζωῇ τίθεται, τὰ δὲ ἄλλα ἐν οὐδενὸς μέρει περιορᾷ καὶ ἀτιμάζει. Ἐπεὶ τοίνυν ἐν ψυχῇ μέν ἐστιν ἄνθρωπος, ἡ δὲ ψυχὴ νοερά τε ἐστὶ καὶ ἀθάνατος, καὶ τὸ καλὸν ἄρα αὐτῆς καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ τέλος ἐνυπάρχει τῇ θείᾳ ζωῇ, τῶν δὲ i) ἀνηκοεισῶν οὐδὲν κύριον ἢ συμβάλλεσθαί τι πρὸς τὴν τελείαν ζωήν ἐστι, ἢ παραιρεῖν αὐτῆς τὴν εὐδαιμονίαν. Ὅλως γὰρ ἐν νοερᾷ μὲν ζωῇ τὸ μακάριον ἡμῖν ὑπάρχει· ταύτην δὲ οὐδὲν τῶν μέσων οὔτε ἐπιδιδόναι ποιεῖ, οὔτ' ἔστιν ἀφαιρεῖσθαι. Μάτην ἄρα αἱ τύχαι καὶ τὰ

---

c) ἐπικαρπία, *non alius fructus virtutis*, bene codd. V. A. E. pro ἐπικρατεία ap. Cant. qui iidem statim recte αὐτὴ pro αὐτό.

d) ἡ

stio. Nullus itaque alius fructus virtutis praeter eam ipsam. Neque vero laeditur probus a fortuna, quem animi magnitudo quovis eventu praestantiorem reddit. Neque enim praeter naturam fit; cum animae perfectio optimam hominis naturam queat explere. Quae autem videntur esse contraria, exercent virtutem et continent et augent, neque sine iis probus quisquam reddi poterit. Haec itaque proborum affectio probum omnibus praefert, ac rationis perfectionem unice in vita beata ponit; reliqua vero pro nihilo habet ac contemnit. Cum itaque hominem animus constituat, anima vero ratione praedita et immortalis, honestum quoque eius et bonum et finis divina vita consistit, mortalium vero nihil perfectam vitam ac felicitatem nec augere potest nec diminuere. Etenim ut in mentis vita beatitudo nostra ponitur, ita illam nullum medium vel auget vel tollit. Frustra ita-

---

d) ἡ μεγαλοψυχία codd. V. A. pro καὶ μεγαλοψυχίας.

e) Nempe mala quae ipsi eveniunt.

f) Pro τοῦ ἀνθρώπου malim τῷ ἀνθρώπῳ ut ab ἐξαρμεῖ pendeat.

g) συναύξει, quod iam coniecerat Cant. confirmant codd. V. A. pro συνάξει in ed.

h) τῶν σπουδαίων sensu iubente edidi pro τὸν σπουδαῖον. Praeferrem tamen si legas: κατὰ ταύτην οὖν τὴν διαθεσιν ὁ σπουδαῖος τὸ καλὸν προτιμᾶται &c.

i) δὲ et statim συμβάλλεσθαι codd. V. A. pro τε et συμβαλέσθαι ap. Cant.

τὰ ἄνισα δῶρα τῆς τύχης διατεθρύλληται παρὰ τοῖς ἀνθρώποις.

Cap. IX.

ὅτι οὐδεὶς ἀκὼν πονηρός.

1. *Democriti.*

Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα· τῶν δὲ κακῶν ἐκτὸς εἴημεν a). Αὐτίκα ὕδωρ βαθὺ εἰς πολλὰ χρήσιμον, καὶ δ' αὖτε κακὸν, κίνδυνος γὰρ ἀποπνιγῆναι. Μηχανὴ οὖν ἐυρέθη, νήχεσθαι διδάσκειν.

2. *Eiusdem.*

Ἀνθρώπινα κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπὴν τις τἀγαθὰ μὴ ἐπίσηται ποδηγετέειν, μηδὲ ὀχέειν εὐπόρως a). Οὐ δὲ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσίν ἐντι b). Τοῖς τε ἀγαθοῖσιν

Ad Cap. IX.

Etsi nihil, nec in ed. nec in codd. hic notatur, novum tamen hic caput incipere, nullus dubito. Pertinent enim quae sequuntur ad cap. IX. ap. Phot. ὅτι οὐδεὶς ἄκων πονηρὸς, *neminem nisi sua voluntate malum esse*. Exstat ibi tantum male ἐκών. Sed pro eo ἄκων legendum esse, sensu modo explicato, satis docent ipsa loca.

ad fr. 1. Codd. V. A. E. in marg. Δημοκρίτου, ex quo tamen eius scripto petitum sit, non additur, suspicor ex eo περὶ εὐθαιμονίης cf. *supra* p. 74. not. *s*). Ionicam dialectum, passim neglectam, restitui.

a) εἴη-

itaque Fortuna cum inanibus donis suis ab hominibus celebratur.

Cap. IX.

Neminem invitum malum esse.

1. *Democriti.*

A quibus nobis bona proveniunt, ab iisdem quoque nanciscimur mala. A malis autem liberi esse possumus. Sic aqua profunda multum quidem prodest, verum nocet etiam, quando periculum est ne submergamur. Quapropter ars natandi remedium est inventum.

2. *Eiusdem.*

Mala humana ex bonis oriuntur, cum quis bona recto administrare et ferre nescit. Attamen haec non pro malis habenda sunt, sed ad bona pertinent. Bo-

---

a) εἴημεν recte cod. V. pro εἴη μὲν ap. Cant. Pauca fere hic excidisse suspicor. Patet enim Democritum illud voluisse, liberos nos fore a malis, si rebus unde proveniunt recte uteremur.

ad fr. 2. Codd. V. A. E. in marg. τοῦ αὐτοῦ.

a) Post εὐπόρως maiori distinctione interpunxi, et ut nexus constaret addidi statim δέ.

b) Edidit Cant. ἀλλ' ἐν ἀγαθοισιν ἔντοις τε ἀγαθοισιν &c. nullo sensu. Verum invenisse mihi videor rescribendo: ἐν ἀγαθοῖσίν ἐντι. Τοῖς τε ἀγαθοῖσιν &c. Sensus clarus est.

σιν οἷόν τε χρῆσθαι καὶ πρὸς τὰ κακά, οἷόν τινα βαλλόμενον ἄλκη.

3. *Eiusdem.*

Ὁ μὲν εὔθυμος a) εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα, καθ' ὕπαρ b) καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔρρωται c) καὶ παυσικήδης ἐστίν· ὃς δ' ἂν δίκης ἀλογέῃ d), καὶ τὰ χρέοντα μὴ ἔρδῃ, τούτῳ πάντα τὰ τοιάδε ἀτέρπεα e) εἴη ὅταν τευ ἀναμνησθῇ, καὶ δέδοικε, καὶ ἑωϋτὸν f) κακίζει.

4. *Eiusdem.*

Οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποισι διδοῦσι τἀγαθὰ πάντα καὶ πάλαι καὶ νῦν, πλὴν ὁπόσα κακὰ καὶ βλαβερὰ καὶ ἀνωφελέα. Τάδε δ' οὐ πάλαι οὔτε νῦν θεοὶ ἀνθρώποισι δωρέονται, ἀλλ' αὐτοὶ τοίσδεσι ἀμπελάζουσι διὰ νοῦ τυφλότητα καὶ ἀγνωμοσύνην.

5. *Eius-*

---

c) Legitur ap. Cant. εἴ τινα βουλομένῳ ἄλλην. Pro ἄλλην codd. V. A. ἄλκην, ex quo patet ſcriptorem ἄλκην pro exemplo poſuiſſe rei per ſe bonae, qua tamen facile quis abuti poteſt. Reſcribendum itaque duxi οἷόν τινα βαλλόμενον ἄλκη, *ut in iaciendo ſeu telo emittendo robore.*

ad fr. 3. Codd. quidem nihil in margine, attamen Democriti haec eſſe et ſenſus et verba docent. Petita autem haec eſſe ex libro eius περὶ εὐθυμίας vel περὶ εὐθαιμονίης, modo citato, quem laudat *Diog. Laert.* IX, VII, 13. vix dubitaveris.

a) εὔθυμος codd. V. A. E. pro ἐυμυθος ap. Cant. Idem iam vidit *Dorville ad Chariton.* p. 27. qui prima loci noſtri verba recenſuit.

b) καθ'

Bonis enim quoque ad mala abuti possumus; ut corporis robore iacientes.

3. *Eiusdem.*

Qui alacri animo iustis ac legitimis operibus se accingit, et vigilans et somnians gaudet, et exsultat et bene se habet; qui autem nec iustitiam curat, nec legitima facit, huic omnia molesta sunt, ac memoria factorum cruciatur, ac metuit, et se ipsum incusat.

4. *Eiusdem.*

Dii hominibus bona omnia et olim et nunc praebent, non tamen ea, quae mala et noxia et inutilia sunt. Haec autem dii nec olim nec nunc hominibus largiuntur, sed ipsi haec per mentis coecitatem et ignorantiam sibi conciliant.

5. *Eius-*

---

b) καθ' ὕπαρ rescripsi pro καὶ ὕπαρ.

c) Edidit Cant. ἔῤῥεται καὶ ἀνακύδης ἐστίν. Corrigit *Dorvill. l. c.* ἔῤῥωται (quod confirmant codd. V. A. E.) et ἀκήδης. Malui πανακήδης, *sine omni molestia*, quod propius ad litterarum ductum accedit.

d) ἀλογέῃ καὶ τὰ χρέωντα μὴ ἔρδῃ (ex χρέων) *debitum*, rescripsi pro ἀλογῇ καὶ τὰ χρηέοντα μὴ ἔρσῃ. Lectionem ἔρδῃ confirmant codd. V. A. E.

e) ἀτέρπεα, εἴῃ ut dialecto simul et sensui consulerem edidi pro ἀτερπείῃ.

f) ἑωϋτὸν bene codd. V. A. E. pro ἀυτόν.

ad fr. 4. Recte separant haec codd. V. A. E. a prioribus, quibus ap. Cant. male iunguntur, ubi οἱ δὲ θεοὶ &c. sed δὲ omittitur in codd.

5. *Eiusdem.*

Τύχη μεγαλόδωρος, ἀλλ' ἀβέβαιος, φύσις δὲ αὐτάρκης· διόπερ a) νικᾷ τῷ ἥσσονος καὶ ἀβεβαίᾳ τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος.

6. *Euſebii.*

Θεοῦ a) ἐξ ἀρχῆς φήναντος τῷ γένει τῶν ἀνθρώ-

---

ad fr. 5. Hic quoque codd. nihil in marg. etſi ſola dialectus ſatis iam Democriti ea adhuc eſſe prodat.

a) Edidit Cant. διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονι καὶ βεβαίῳ τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος, nullo, quod video, commodo ſenſu. Vult ſcriptor: *fortuna etſi inſtabilis ſit, eo tamen vincere ingenia hominum, quod magna promittat.* Reſcripſi itaque: διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονος καὶ ἀβεβαίῳ τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος. Patet corruptelam ex inſcitia dialecti, quae emendatione noſtra ſimul reſtituitur, ortum traxiſſe.

ad fr. 6. Codd. V. A. E. in marg. Εὐσεβίου. Ex *Euſebii* huius ſcriptis Stobaeus plura loca in Florilegio ſervavit, titulo tamen eorum nunquam laudato. Ethici tamen argumenti ea fuiſſe, apparet, uſus autem erat ſcriptor Ionica dialecto. De ipſo auctore, (cuius nomen Chriſtianum prodere videtur,) nihil fere certi memoriae traditum eſt; (cf. *commentat. de font. Stob.*) ex recentiorum tamen Platonicorum et Pythagoricorum ſchola eum prodiiſſe dubitari nequit, inter multa enim praeclara et egregia vitae praecepta, quae in locis ex eo in florilegio ſervatis deprehendes, veſtigia quoque daemonologiae illius, cui ſcholae huius ſectatores indulgebant, paſſim reperies. Verba, quae hic legimus, adeo ſcatent mendis, ut corruptiorem in omni Stob. locum vix deprehendas. Ingenium in eo reſtituendo, eo quo ſemper ſolet ſucceſſu, iam exercitavit cl. *Iacobs*, ad calcem *animadverſionum ad Euripidis tragoedias* 1790; alia ſuppeditant codd.; vel ſic tamen plura ſuperſunt, de quibus pronunciare difficile eſt. Docet vero in eo philoſophus *libero hominis arbitrio re-*

5. *Eiusdem.*

Fortuna est magnifica, sed inconstans; natura vero stabilis; quapropter minora et incerta fortunae maiori spei vi superantur.

6. *Eusebii.*

Cum Deus ut supra dictum est ab initio hominum

---

relictum esse, utrum virtutem an vitium sequi malit, mytho illo, non apud Graecos tantum sed alios quoque populos obvio, usus de duplici via; quarum altera ad virtutis arcem ducens, initio quidem ardua, mox vero commoda et laeta sit; cum altera, lata primum et amoena, mox ad loca aspera et periculosa ducat, certam viatoribus perniciem afferentia. Fundus huius fictionis apud Graecos fuisse primum videtur locus Hesiodi *Op. et Dies.* v. 284 - 290.

Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση·
Τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἱλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἔγγυθι νάιει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τραχὺς τὸ πρῶτον. Ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπὴ περ ἐοῦσα.

Exornarunt hanc fictionem non modo sequentes poetae, sed arripuerunt quoque philosophi, maxime ii qui in allegoriis inveniendis et explicandis sibi placerent; cum omnino talis esset, ut egregie amplificari posset, (quod in *Cebetis tabula*, quae tota ei superstructa est, videmus;) et argutiis, ad quas hoc genus hominum semper fere delabi solet, latum campum praeberet. Scriptoribus vero neoplatonicis, ad quos Eusebius pertinet, novam adhuc materiam praebebant Platonis scripta; cum mythos de animarum humanarum ante hanc vitam statu (ut *de Republ.* l. X. et alibi obvios,) ad eam adaptarent, et Platonicis fictionibus sua exornarent.

a) Hae-

θρώπων κατὰ τὰ φατιζόμενα ὄψεις οὔσας διαφανέας, ὁδοὶ διφάσιαι προκέαται βίου ψυχαῖς ἀνθρώπων, ἀδαμαντίνῃ b) αἱμασιῇ παχυτάτῃ, καὶ εἰς πολλὸν ὕψος ἀνηκούσῃ, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος, ἀπ' ἀλληλέων τὰ πρῶτα διειργόμεναι. Καὶ ἡ μὲν αὐτέων ἐστὶν, (οἰκοία δὴ τὴν τιμιωτέραν τάξιν λαχοῦσα,) ἐκ δεξιῆς χειρὸς εἰσιόντων c). Αὐτη ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐταῖς ἡγέεται, ἑτέρη δὲ λαιὴ οὖσα, ἐπὶ τὴν κακίην ἐσὶ παραπέμπουσα. Φατίζονται d) δὲ εἶναι τοιαίδε, ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα e) οὐκ εὐήλαθά πως παρέχειν δοκέει, οἵα τε

a) Haeremus ſtatim in primis verbis, ap. Cant. ſic expreſſis: Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ φωτιζόμενα οἷεις οὔσαι ἀφανέες, ὁδοὶ διφάσιοι προκέαται βίου &c. Pro φωτιζόμενα recte iam cl. *Iacobs* reſcripſit, ex iis quae infra ſequuntur, φατιζόμενα, *ſecundum ſupra dicta.* Pro οἷεις οὔσαι cod. P. οὐεις οὔσαι, quo nihil proficimus; codd. V. A. ὄψεις οὔσαι, cod. A. vero ὄψεις οὔσας, quod recepi, reſcribendo ſimul διαφανέας pro ἀφανέες; pergit enim cod. A. ὁδοὶ διαφανέες, ὁδοὶ διαφασιαν, unde διαφανέας pro ἀφανέες olim lectum eſſe probabile fit. Ὄψεις dictum eſſe puto pro φάσματα, hoc ſenſu: *Deum animis*, (corporibus nondum iunctis,) *phasmata quaedam ſeu viſa oſtendere, quae futurae vitae quaſi adumbrationem aut imaginem contineant.* Eiusmodi autem φάσμα eſſe duplicem illam viam, quam iam deſcribit; cui omnino fictio Platonica *de Rep. l. X.* occaſionem dare potuit. Ceterum ſi quid obſcurum in his manet, monendum, philoſophum in praecedentibus de his locutum eſſe ex ipſis eius verbis conſtare.

b) ἀδαμαντίνῃ αἱμασιῇ παχυτάτῃ et mox ἀνηκούσῃ tertio caſu, cum in ed. Cant. nominativi ſint, reſcripſi praeeunte iam Iacobſio.

c) Edi-

num generi visiones ostenderit insignes, duo quoque vitae itinera hominum animis proposita sunt, maceria statim adamantina densissima et altissima, ut primus aspectus fert, inter se distincta. Alterum quidem eorum, ut honestius, intrantibus est ad dextram manum, atque ad virtutem quidem hoc ducit; alterum autem ad laevam ad vitiositatem tendit. Dicuntur autem esse tali natura, ut via virtutis primum quidem incommoda esse videatur, ita tamen ut impro-

---

c) Edidit Cant. nulla post εἰσιόντων distinctione posita, αὐτὴ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐταῖς ἡγέεται, pro quo *Iacobs.* coniicit: ἄντη ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἄκραν ἡγέεται, infra enim ἀρετῆς ἀκρόπολις commemoratur. Attamen, rescripto modo ἄντη pro αὐτὴ, vulgata, quam et habent codd., defendi mihi posse videtur. Nam αὐταῖς pendet ex ψυχαῖς, quod praecesserat; graece autem dici ἡγεῖσθαι τινὶ, *ducem esse alicui*, adeoque *conducere aliquem*, notissimum, cf. *Steph.* h. v. Accedit, quod si ἄκραν legas, ei non respondeat oppositum ubi: ἐπὶ τὴν κακίαν (non ἐπὶ τὴν κακίας ἄκραν, quae omnino vitio non tribuitur) ἐξὶ παραπέμπουσα.

d) Φατίζονται, *dicuntur esse tales*, bene codd. V. A. E. pro τατίζονται ap. Cant. quo simul supra φατιζόμενα recte rescriptum esse pro φωτιζώμενα patet; cf. *not. a*).

e) Legitur ap. Cant. corruptissime τὰ πρῶτα οὐ σκευὴ λατάπως παρέχειν δ. Speciosa quidem est *Iacobsii* coniectura rescribentis: τὰ πρῶτα ἀσκαλὸν ἀταρπὸν παρέχειν δοκέει. Sed leniorem medicinam offerunt codd. V. A. E. qui, una modo littera deleta, τὰ πρ. οὐκ εὐήλατά πως παρέχειν δ. exhibent, omnemque simul locum integritati restituunt. Εὐήλατα ex εὐήλατος, proprie locum designans ad vehendum vel equitandum aptum, omnino de locis apertis et planis dici, notum est ex Lexicographis, cf. *Steph.* h. v.

τε μέντοι ἐυτυχεῖ *f*) πόνῳ ἀνυσθῆναι· ἀλλὰ καὶ τοὺς κατηγεομένους ἔχει, καὶ παραπέμψαντας ἀκινδύνως· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, ἔσιν ὁδὸς *g*) θεητὴ καὶ ἐυρέη, μέχρι τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ· ἐπ' ἣν *h*) ἀνελθὼν ἐν τοῖς καλλίστοις ἔσεαι καὶ θέῃ *i*) ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐυδαιμονεστάτων *k*), ἄταρ δὴ καὶ φωτὸς, παντὸς τοῦ λοιποῦ κάλλει μυρίῳ προσήκοντος, καὶ ἀυγοειδεστάτου *l*). Περιξ δὲ *m*) καὶ περὶ πᾶσαν γὴν ἀναπεπταμένην αἱ πόλιες ἔασι, καὶ οἱ τὴν γῆν κατοικέοντες καὶ ἐργαζόμενοι, περὶ ὧν, ὡς ἕκαστα ἔχει, ὁ ἐπὶ συμβουλίην τῶν ψυχέων προπεμφθεὶς ἐρέει Λόγος *n*). Καὶ ἥδε *o*) μὲν ὧδέ κως ἔχει· ἡ δὲ ἐπὶ *p*) τὴν

---

f) Retinui Canteri lectionem ἐυτυχεῖ πόνῳ, etsi mendosam esse, vix dubitaveris. Codd. nihil offerunt. Docta est Iacobsii coniectura ἀτρύτῳ rescribentis, quod de *improbo labore* graece dici, exemplis ostendit; paulo tamen largius a litterarum vestigiis recedere videtur.

g) Habet Cant. ἐσι δος θετε καὶ ἐυρέη pro quo *Iacobs.* rescribi iubet: ἔσιν ὁρθὴ τε καὶ ἐυρέη, vel ἔσιν ἐυθεῖά τε καὶ ἐυρέη. Verae tamen lectionis vestigia reperisse mihi videor in codd. V. A. E. qui ἔσιν ὁδὸς θεητε καὶ ἐυρέη habent, unde rescripsi ὁδὸς θεητή τε Ionice pro θεατή, *spectabilis*, *admirabilis*, (quo adeo dialectus quoque restituitur;) καὶ ἐυρέη, *et ampla*.

h) ἐπ' ἣν cum Iacobs. edidi pro ἐπὴν ap. Cant.

i) Corrupta haec putat Iacobs. quod θέῃ, ex verbo θεάομαι derivatum, genitivo iungi nequeat; adeoque ingeniose pro ἄταρ δὴ rescribendo ἀπαρχὴν corrigit: καὶ θέῃ ἄλλων τε μ. ἀγ. κ. τ. ἐυδ. ἀπαρχὴν, καὶ φωτὸς &c. *Videbis cum multorum aliorum quae praestantissima censentur*

probo labore superari possit. Neque ducibus, sine periculo comitantibus, destitutum esse; mox vero via praeclara est et lata, usque ad ipsam arcem virtutis, qua conscensa in locis praeclaris eris, et spectaculo frueris tum infinitorum aliorum bonorum, et summae felicitatis, tum lucis reliqua omnia pulcherrime ac splendidissime collustrantis. Undique vero per terram visuntur urbes, ac terrae incolae et cultores, de quibus omnibus genius ad consilia animis danda missus differit. Et haec quidem ita se habent. Via contra ad vitium ducens, principio quidem lata est, ut qui

---

tur *bonorum*, *tum lucis*, *quae splendore reliqua omnia longe superat*, *fontem atque originem.*' Dignam esse hanc emendationem acutissimi viri ingenio, quis non videt? Attamen acquiescendum puto in vulgata, dummodo θέῃ non ex verbo, sed ex substantivo ἡ θέα, *adspectus*, *spectaculum*, (ionice θέη) derivas, subintellecto simul, quod proxime praecesserat, vel si id durius videatur, repetito ἐν, ut sit: ἔσεαι ἐν θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν — ἄτερ δὴ καὶ φωτὸς &c.

k) τῶν εὐδαιμονεστάτων, nempe in arce virtutis Felicitas, ἡ Εὐδαιμονία, habitare fingitur. cf. *Cebet. Tab.* cap. XII.

l) Coelesti quadam ac clariori luce loca illa collustrari, solita est fictio, qua iam utitur *Plato de rep.* l. X. Op. II, p. 616. et *Cebes tab.* l. c. ubi domicilium τόπος dicitur, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι καὶ λειμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος. Nostro loco ἀυγοειδεστάτου, *splendidissimi*, quod a φωτὸς pendet, recte iam rescripserat *Iacobs.* pro ἀυγοειδεστάτῳ ap. Cant.

m) δὲ, quo nexus restituitur, supplent codd. V. A.

n) Λόγος, qui infra ἄγγελος dicitur. Ex Platonicis haec

τὴν κακίαν ἄγουσα, ἔστι λεία τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς, ὡς ὀλίγου πάγχυ καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατηλοῦ δὲ, καὶ ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων, γεῦσαι αὐτοὺς τοῦ ἡδέος ὥστε καὶ q) μηδενὸς μετὰ ταῦτα ἡγεμόνος εὑρισκομένου, εὐθὺς ἄγειν εἰς ὁδὸν σκολίην, σκόλοπάς τε ἔχουσαν, οἵτινες δὴ ὀξέες, μεγάλοι καὶ πυκνοὶ καταπεπήγασι, καὶ χαράδρας καὶ κρημνοὺς, κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς πορευομένους r) κατὰ τοῦ συμψήσοντος s) καὶ παρασυρέοντος τοὺς κα-

---

haec adumbrata esse, nempe *de republ. l. X.* ubi singulis animis daemon suus datur, per se patet.

o) Edidit Cant. Καὶ εἰδὲ μὲν ὧδε κακῶς ἔχει, pro quo *Iacobs.* rescribit καὶ ἤδε μὲν ᾧδε καλῶς ἔχει, quod facile omnibus arridebit. Sexcenties enim κακῶς et καλῶς a librariis permutata esse, neminem fugit; καλῶς autem hic postulare videtur sensus. Attamen meliora adhuc servarunt codd. V. A. ubi: καὶ ἤδε μὲν ᾧδέ κως ἔχει, *haec quidem sic se habet;* quod praeferendum esse, cum dialecto simul Ionicae satisfaciat, nemo non videt.

p) Edidit Cant. ἢ δὲ ἐπὶ τὴν κακὴν ἔχουσά ἐστι οἴη, τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς ὀλίγου πάγχυ, καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατελοῦ δὲ, καὶ ἐπιπαραγωγῇ τῶν προσιόντων γεῦσαι τοῦ ἡδέος. Pro ἔχουσα *Iacobs.* iam recte rescripsit ἄγουσα, quod recepi, ut statim λείη, *levis*, pro οἴη, quod Hesiodi loco supra laudato confirmatur, ubi pro ῥηϊδίως, ὀλίγη μὲν ὁδὸς, quod olim legebatur, a Graecis editum est ῥηϊδίως, λείη μὲν ὁδός. Cum λείη autem iungendum τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς, *principio lenis est.* In sequentibus vero nexum desideramus. Restituitur is, si ante ὀλίγου suppleas ὡς, quod post ἀρχὰς facile excidere potuit, iungendo: ὡς γεῦσαι ὀλίγου — τοῦ ἡδέος. Attamen vel sic duri aliquid superesse, cum γεῦσαι destitutum sit casu ad quem referatur, recte iudicat *Iacobs.* Supplendum duxi αὐτοὺς, nem-

qui eam ingrediantur brevem omnino nec sinceram sed falsam atque ad perniciem eorum dulcedinem gustent; cum autem duce destituta sit, mox in tortuosam viam deflectere, vallis acutis, densis et altis, ut et voraginibus et praecipitiis refertam, in quae multi viatorum praecipites dati in fluvium coeno ac lapidibus

---

nempe τοὺς προσιόντας, quod praeceſſerat; quod quam facile inter γεῦσαι et τοῦ omitti potuerit, facile omnes vident. — ἀπατηλοῦ pro ἀπατελοῦ et ἐπὶ παραγωγῇ pro ἐπιπαραγωγὴ offerunt codd. V. A. E.

q) Exſtat ap. Cant. ὥϛε δὲ, μηδενὸϛ — ἐυρισκομένου, ἄγει &c. pro quo *Iacobſ.* electo ὥϛε δὲ corrigit μηδανὸϛ δὲ &c. Sed cod. V. offert ὥϛε καὶ, quo locus reſtituitur, dummodo mox pro ἄγει reſcribas ἄγειν, quod exhibuit.

r) τοὺϛ ἐυρισκομένουϛ male hic in ed. ex ſuperioribus repetitum eſſe, recte iudicat *Iacobſ.* qui σφαλλομένουϛ coniicit reponendum. Reſcripſi πορευομένουϛ, quod propius ad vulgatam lectionem accedere videtur.

s) Iterum haec corrupta ap. Cant. ubi: καὶ τοὺϛ τοῦ συμψήσοντοϛ καὶ παρασυρέοντοϛ τοὺϛ κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸυ ποταμοὺϛ, βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντοϛ. Tentavit *Iacobſ.* locum duplici modo, reſcribendo vel: εἰϛ τοὺϛ ῥοῦϛ τοῦ ῥοφήσαντοϛ καὶ παρασυρέοντοϛ τοὺϛ κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ, *praecipites feruntur in undas fluminis, quibus abſorbentur;* vel: κατὰ κεφαλῆϛ ὠθέοντας τοὺϛ μὲν εἰϛ σκοπελοὺϛ, τοὺϛ δὲ εἰϛ τὰϛ δίναϛ τοῦ ῥοφήσαντοϛ — ποταμοῦ, quod longius a vulgatis recedit. Leniori tamen medicina locus perſanari poſſe videtur. Primum pro καὶ τοὺϛ τοῦ cod A. recte legit κατὰ τοῦ, unde omnino ποταμοῦ, quod inde pendet, pro ποτάμουϛ legendum eſſe, per ſe patet. Graece autem dici poſſe ὠθεῖσθαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ, *deiici in fluvium*, ut dicitur φέρεσθαι κατὰ πρήμνων, *in praecipitia ferri*, vel πίπτειν κατὰ τῆϛ γῆϛ, *in terram cadere*, (cf. *Steph.* in κατὰ) non eſt quod dubites. In reliquis nihil mutandum cenſeo. συμψήσοντοϛ fa-

κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ, κάτω t) βορβόρῳ καὶ λίθοις ξέοντος· ὥστε πολλοὺς ἐυθὺς οὕτω διαφθείρεσθαι, οἱ δὲ λοιποὶ τύχῃ, οὔτ' ἀρ' οἰκείῃ προμηθείῃ, ἐπὶ τὰς αὐτόθι ἐούσας πόλιας διασκεδαννύαται ἄλλοι ἄλλοσε, καὶ ἐπὶ πᾶσαν, πολλὴν ἐοῦσαν, τὴν χώρην, περὶ ὧν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προειρημένος ἄγγελος u) ἀφηγήσεται. Τουτέων ἐουσέων τῶν ὁδῶν τοιουτέων, ἄγει ὁ προειρημένος, καὶ ἔστιν ἐν μέσῳ θεοῦ μεγάλου κήρυξ, σύμβουλός τε λόγος, ψυχαῖς τε ταῖς μελλούσαις κατιέναι τοιάδε προφανέει· ψυχαὶ ἀνθρώπων, φύσιν ἔχουσαι θνηταί τε εἶναι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ζωῇ v) μὲν τῇ ἐπὶ γῆς νομιζομένῃ θανάτῳ ἐγκυρέουσαι, θανάτῳ δὲ τῷ δοκέοντι αὐτόθι ζωὴν ἀπολαμβάνουσαι, ἐπὰν x) χρόνου τοῦ τεταγμένου ὑμῖν ἀνυσθέντος αὖτις y) ἀπολύθητε σώματος, τοῦ ἐν τῷ αὐτόθι θανάτῳ z) ὑποδεξαμένου ὑμέας, διαδέξονται αὖτις ὑμέας τρόπον a) τῆς

---

num est; derivatur enim ex συμψᾶν, *atterere*; et ne forte dubites de fluvio hoc dici, exemplum habes apud *Herod.* I, c. 189. qui de Gynde fluio: ὁ δέ μιν συμψήσας, (Cyri equum nempe,) οἰχώκεε Φέρων ὑποβρύχιον.

t) κάτω bene supplent codd. V. A. E.

u) Adumbratam esse hanc fictionem ex *Plat. de rep.* X. supra iam monui, cf. *not.* I). Est vero ἄγγελος hic qui apud Plat. δαίμων vocatur. Προειρημένος pro προκρινόμενος exhibent codd. V. A. E. Suspectum illud quidem esse, cum statim infra iterum sequatur, non negaverim, sed quid προκρινόμενος sit, non intelligo.

v) ζωῇ rescripsi pro ζωή. Ante oculos nempe habet

bus repletum, deiectos secum rapientem eosque atterentem incidant; ut multi ex iis adeo statim ibi pereant, reliquis non consilio, sed casu in proximas urbes et regionem totam dispersis, de quibus itidem supra commemoratus differet Angelus. Quae cum ita se habeant, animas descendere parantes Dei praeco, consultor Λόγος, supra dictus, sic in medio constitutus praemonet: Animae hominum, natura vestra tum mortis tum immortalitatis participes, quae vitam quam in terra sic vocant, morte lucramini, morte autem terrena vitam, cum elapso tempore praefinito solvemini corpore, quo ibi in statu mortis (terrena nempe vita,) inclusi fuistis, aliae iterum vitae

---

bet scriptor hic Platonis philosophema, in *Phaedone*, Op. I, p. 72. ex Pythagorica disciplina petitum: vitam quam hic vivimus proprie mortem, mortem vero, quam vocamus, initium verae vitae, animam a corporis vinculis liberata, esse. Quare ζωῇ dictum erit pro διὰ ζωῆς, *vita, quae hic putatur*, *in mortem inciditis*, θανάτῳ (i. e. διὰ τοῦ θανάτου) *morte vero, quam dicunt, veram vitam nanciscimini.*

x) ἐπὰν (sic cod. E.) ἅυτις (Ionice pro ἅυθις) ἀπολύθητε σώματος edidi pro ἐπ' ἐὰν — ἀυτῆς ἀπολύθητε σήματος ap. Cant.

y) ἅυτις servata Ionica forma codd. V. A. E. pro ἅυθις ap. Cant.

z) In vita nempe hac terrestri, quippe quae proprie mors est.

a) τρόπον pro κατὰ τρόπον, edidi pro τρόπου Respicit nempe ad philosophema in doctrina de animarum migratione notissimum, pro ratione vitae hic actae futurae vitae conditionem, (τὸν βίον), animis destinari.

τῆς ἐπὶ γῆς ζωῆς, βίοι οἱ ὀφειλόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο παραινέω, θεοῦ μεγάλου Ἑρμέω καὶ θεῶν τῶν λοιπῶν προφήτης τε καὶ σύμβουλος λόγος, καὶ ἀπειθεούσαις μὲν προλέγω ἄθνητα b) κακὰ, πειθομέναις δὲ ἀγαθὰ ἔσεσθαι τοῖς τῶν θεῶν ὁμοιεύμενα c). Οὐ χρὴ οὖν βραχυτάτης d) κιβδήλου τε καὶ e) εὐδιασκεδάστου τῆς ἡδονῆς ἕνεκα κακὰ μεγάλα, καὶ τὸν πάντα f) παραμένοντα χρόνον, αἱρέεσθαι, καὶ βίῳ τῷ βραχυτάτῳ βίον βλάψαι τὸν μετὰ ταῦτα μακρότατον, οὐδ' ἂν πόνον ὀλίγον καταδεισάσας g) ἀγαθὰ μεγάλα, καὶ τὰ παραμένοντα τὸν πάντα χρόνον, καὶ εὐδαιμονίην βιοτῆς μηκίστης, τῆς h) μετὰ ταύτης, προΐεσθαι.

7. *Hieroclis.*

Πολὺ δέ μοι δοκεῖ συμβάλλεσθαι πρὸς a) τὸ καλῶς χρῆσθαι θεοῖς, καὶ τὸ διειληφέναι, ὡς οὐδενός ποτε κακοῦ γίγνεται θεὸς αἴτιος, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς κακίας ἅπαντα b) μόνης, οἱ δὲ θεοὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς c) ἀγαθῶν τέ εἰσιν αἴτιοι, καὶ τῶν εὐχρήστων, ἡμεῖς δέ ἐσμεν οἱ τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν οὐ

---

b) ἄθνητα, *mala sempiterna*, recte ut opinor restituit Iacobs. pro θνητά.

c) ὁμοιεύμενα codd. V. A. E. pro ὁμοιούμενα.

d) βραχυτάτης, quod Iacobs. iam bene coniecerat, confirmant codd. V. A. E.

e) καὶ, quo nexus sententiarum restituitur bene supplent codd. V. A.

f) τὸν

vitae terrenis similes pro meritis vestris vos manent. Quocirca vos praemoneo, Mercurii et reliquorum deorum vates et consultor λόγος, ac contumacibus quidem immortalia mala, dictis autem obedientibus divina bona eventura praenuntio. Quare non decet falsae et futilis voluptatis gratia summa et perpetua mala comparare, nec vita brevissima vitam sequentem longissimam corrumpere, nec etiam exigui laboris formidine magna et perpetua bona, vitaeque longissimae beatitudinem perdere.

7. *Hieroclis.*

Ac multum ad rectum deorum usum conferre mihi videtur, si quis intelligat, nullius unquam mali Deum esse auctorem, sed haec quidem de sola vitiositate proficisci, deos autem per se bonorum esse et uti-

---

f) τὸν πάντα supplent codd. V. A.

g) καταδεισάσας, *timentes*, ad praecedens ψυχὰς referendum, bene codd. V. A. pro καταδεισας ap. Cant.

h) τῆς supplent codd. V. A. E.

ad fr. 7. Codd. V. A E. in marg. Ἱεροκλέους ἐκ τῶν τίνα τρόπον θεοῖς χρηστέον, ex libro *Hieroclis de usu deorum.*

a) πρὸς recte supplent codd. V. A.

b) ἀπαντᾷ, *procedit*, *oritur*, bene rescripsit iam Cant. in marg. pro ἅπαντα ap. Cant.

c) ἐφ' ἑαυτοῖς recte codd. V. A. pro ἐφ' ἑαυτῆς ap. Cant.

οὐ προσιέμενοι, περιβάλλοντες δ' ἑαυτοὺς d) κακοῖς ἀυθαιρέτοις, ἤδη καιρὸν ἔχειν μοι e) τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο δοκεῖ κατὰ τὸν τόπον τοῦτον· ὡς δὴ f) οἱ βροτοὶ τοὺς θεοὺς αἰτιόωνται, ὡς ἐξ αὐτῶν ἐπιπεμπομένων τῶν κακῶν·

οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ

Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν,

ἐπείτοιγε ὡς ὁ θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς κακῶν αἴτιός ἐστιν, ἐκ πολλῶν ἂν νοήσειέ τις. Πρὸς δὲ τὸ παρὸν ἀποχρήσειεν ἂν ἴσως g) ὁ Πλάτωνος ἐκεῖνος λόγος. Οὐ γὰρ θερμοῦ φησιν h) τὸ ψύχειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου, οὐδὲ ψυχροῦ τὸ θερμαίνειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Οὕτως οὖν οὐδὲ ἀγαθοποιοῦ τὸ κακοποιεῖν, ἀλλὰ τουναντίου. Καὶ μὴν ἀγαθὸς ὁ θεὸς, πεπληρωμένος εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ταῖς ἁπάσαις ἀρεταῖς i), ὥστ' οὐκ ἂν κακοποιητικὸς ὁ θεὸς εἴη, οὐδέ τινι κακῶν αἴτιος, πάντα δὲ τουναντίον παρέχων ἀγαθὰ τοῖς λαβεῖν βουλομένοις, ἅπασι χαριζόμενος δὲ σὺν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τῶν μέσων ὅσα κατὰ Φύσιν ἡμῖν ἐστι, τά τε ποιητικὰ k) τῶν κατὰ Φύσιν. Ἓν δὲ καὶ μόνον αἴτιον τῶν κακῶν. Ταῦτα χρὴ l) διειληφέναι, ὡς τῶν μὲν ἀγαθῶν αἰτίων ὄντων τῶν θεῶν, τῶν δὲ κακῶν τῆς κακίας. Τίνα οὖν ἡμῖν

---

d) ἑαυτοὺς, nos ipsos, bene codd. V. A. E. pro ἀυτούς.

e) μοὶ codd. V. A. pro μή. Respicit ad versus Homeri, Od. I, 32.

f) δὴ

utilium auctores, nos vero nec ipsorum admittere beneficia, et sponte nobis mala conscisere, ut adeo poëtae illud locum habere videatur; qui, quid mortales, dicit, deos incusant, ac si ex illis mala immitterentur,

qui tamen ipsi
Per scelus accessant supra sibi fata dolores.

Etenim nullius unquam mali Deum auctorem esse, ut multis probari potest, ita nunc solius Platonis contenti erimus argumento. Quemadmodum, inquit, nec calidum frigefacit, sed contrarium, nec frigidum calefacit sed contrarium, sic nec beneficum malefacit, sed contrarium. Deus autem cum bonus sit, atque ab initio omni virtute plenus, non maleficus est, neque malorum cuiquam auctor, sed contra et bona omnibus idoneis suppeditat, cum bonis vero media quoque quae vel secundum naturam sint, vel eorum efficientia, nobis largitur. Una porro est malorum causa. Haec vero nosse oportet, ut deos pro bonorum, pravitatem autem pro malorum fonte habeas.

Vi-

---

f) δὴ codd. V. A. E. pro δέ.
g) ἴσως supplent codd. V. A. E.
h) Ante oculos habuisse videtur disputationem *Platonis de Rep.* l. II, *Op.* II, p. 381.
i) ἀρεταῖς supplent codd. V. A.
k) τε bene supplent codd. V. A. Distingui enim a philosophis τὰ κατὰ φύσιν et τὰ ποιητικὰ τῶν κατὰ φύσιν, supra vidimus; cf. p. 144. &c.

ἡμῖν τοῦ κακῶς πάσχειν αἴτια; Ἐπεὶ δὲ τῶν μέσων ἐστί τινα παρὰ φύσιν καὶ δύσχρηστα, ἢ νὴ Δία ποιητικὰ τῶν τοιούτων m), ἄξια καὶ περὶ τούτων τὴν γνῶσιν διάληψιν ἔχειν, οἷον νόσου λέγω, πηρώσεως, θανάτου, πενίας, δόξης, καὶ τῶν παραπλησίων. Πολλὰ τοίνυν πέφυκεν αὐτῶν περαίνειν καὶ ἡ κακία, καὶ γὰρ n) δι' ἀκρασίαν καὶ λαγνείαν πολλαὶ μὲν γίνονται νόσοι, πολλαὶ δὲ πηρώσεις. Διά τε ἀδικίαν πολλοὶ μὲν ἐχειροκοπήθησαν o), καὶ ἄλλας τοιαύτας ἀνεδέξαντο λώβας, πολλοὶ δὲ καὶ ὅλως ἀπέθανον. Ἐμποδίζεται δὲ πύκνα καὶ ἡ φιλάνθρωπος ἰατρικὴ πρὸς τὴν ἑαυτῆς πρόθεσιν ὑπὸ τῆς κακίας. Ἀπρακτα γὰρ γίνεται τὰ βοηθήματα τῆς τέχνης διὰ τὴν ἀπειθείαν καὶ ἀκρασίαν καὶ φυγοπονίαν τῶν νοσούντων· καὶ μὴν πολλοὺς μὲν ἀπεργάσατο πτωχοὺς καὶ ἀπόρους ἀσωτία καὶ πολυτέλεια, πολλοὺς δὲ ἀδόξους αἰσχροκέρδεια καὶ μικροπρέπεια. Μετά γε μὴν τὴν κακίαν δευτέρα τῶν τοιούτων πρόφασις ἡ ὕλη. Τὰ γὰρ μετέωρα καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, ὡσὰν ἐκ τῆς εἰλικρινεστάτης οὐσίας γεγονότα, δι' ὁμαλοῦ πορεύεται, πάντων ἐν αὐτοῖς κατὰ τοὺς τῆς φύσεως λόγους περαινομένων· τὰ δ' ἐπίγεια p) καθάπερ ὑπὸ ταθμὴν καὶ ὕλην ἔχοντα τὴν ὅλην οὐσίαν.

8. Μη-

l) Post χρὴ desinunt Canteri edita, ultimo folio, ut videtur, abscisso. In codd. vero V. A. E. sequentia adhuc leguntur, quibus non Hieroclis modo locus absolvitur, sed astus adhuc Masonii additur.

m) Pro

Vides igitur quae nobis malorum causa exsistat. Cum vero mediorum nonnulla noxia et praeter naturam sint, vel sane eorum efficientia, de his quoque iam dicendum est, ut morbus, luxatio, mors, egestas, opinio, et quae his similia. Multa sane ex his ex pravitate fluunt, ut ex intemperantia et ex libidine multi morbi, et mutilationes. Ob iniustitiam autem multi vel manibus truncati sunt, vel alia supplicia, quin et mortem, perpessi. Nec raro ipsa medicorum ars a pravitate impeditur, quo minus finem suum obtineat. Aegrotantium enim contumacia, intemperantia et ignavia, auxilia artis haud raro vana sunt; luxuria vero et sumtuositate multi in paupertatem et egestatem, quaestu vero sordido et illiberalitate multi in contemtum incidunt. Praeter pravitatem tamen alia horum causa exsistit materia. Coelestia enim, utpote ex purissimis conflata, cum nihil ipsis praeter naturam eveniat, aequabiliter procedunt; cum terrena contra materiae vinculis impedita teneantur.

8. *Mu-*

---

m) Pro τούτων quod habet E. in V. exstat τῶν τοιούτων, quod exhibui. De ποιητικοῖς hisce bonorum et malorum v. *supra* p. 144.

n) γὰρ addidi ut nexus constaret.

o) Ut manus abscinderentur non insolitum fuisse apud antiquos supplicium, exemplum habes ap. *Appian. in Iber.* cap 24.

p) Nempe πορεύεται. *Terrestria ita procedunt, ut sub imperio ac materiae subiecta ea esse pateat.*

8. *Musonii.*

